libro ꝙ ascensiones virginis ac libre in linea eq
noctiali linee paralella que per inferiorem egyp
tie regionis locum habet transitum: sūt vnicui
q3 duorum signorum predictoruz trigitaseptē
tempora ⁊ triēs: ⁊ ꝙ ascēsiones etiam vniuscu
iusq3 duorum signoꝝ leonis ac scorpionis trigi
taqnq3 sint tempora: sed geometrica ratione ꝓ
batur leonem ⁊ scorpionē plus trigitaqnq3 tē-
poribus. virginem autem ⁊ librā minus supra
dictis temporibus ascēdere. Item hi qui hāc ad
ducere rōnem: non eas secuti sunt terminoruz
quantitates quas q̄plures hominum affirma
runt. In multis etiam locis mentiri necessariuz
reperitur. At vt eorum sententia firmior appa
reret gradus in minuta diuiserunt: nec tamē ob
hoc eos veraces sed mendacissimos ī hec vt ꝑ
diximus affirmamus. Eorum autem termini
qnos hic ꝑdictis rationib⁹ vituperamus sūt hi
velut dixere vt inferius.

¶ Et aliqui fuerunt q̄ voluerunt ī hoc vnam di
cere rōnem facientem ꝺm philosophiā similitu
dinē veritatis. dixerunt. n. quando adiungem⁹
tēpora ascensionum terminorum cuilibet pla-
nete esset vna eadem quantitas ꝑ oīa climata ⁊
hoc ē mendaciū. naz fuerūt in hoc secuti libros
īperitorum q secuti fuerūt ī ascēsionibus addi-
tiones equales ꝑ oēm locum. ⁊ hec est res que
cum veritate aliq̄s videre nō hz aliquo modo:
quoniam in libris suis īuenīūt ꝙ ascēsiones vir
ginis ⁊ libre in linea eq̄distanti eq̄noctio q̄ tran
sit in maiori ꝑte velut terre egypti sunt vtriusq3
horum duorum signorum trigintaseptē grad⁹:
⁊ tertiū. ⁊ ꝙ ascēsiones leonis ⁊ scorpionis sūt
trigitaqnq3 gradus. ⁊ est iam demōstratuz de
monstrationib⁹ geometrie ꝙ leo ⁊ scorpio ascē
dunt ī minori parte tp̄is: eo ꝙ dixerunt ampli⁹
in hoc qđ voluerūt monstrare nō fuerunt secu
ti quantitatem terminorū quos multi dixerūt.
Et inuenimus ꝙ ipsi habent multis locis ex ne
cessitate mētiri: aut diuidere gradus teminoruz
in minuta ꝓ affirmando dictum suum: ⁊ cum
hoc toto non fuerunt sicut ante diximus: verita
tem secuti.

¶ Illi q voluerūt experiri terminos egyptianoꝝ non fue
runt secuti q̄ntitatez graduuz terminorū: qn̄ egyptiani di
xerunt ⁊ ī multis locis habuerōt mentiri ex necessitate. ⁊
gradus diuidere in minuta: qđ q̄dē ī terminis fieri nō pōt.
⁊ cū hoc toto nō fuerūt veritatē secuti: sicut ptho. ꝓbauit
Et hec oīa verba que dixit ptho. dixit ꝓ dēmōstrando nob̄
ꝙ termini egyptianoꝝ nō sūt accepti per aliquā regulam
Et termini quos dixerūt sunt ꝙ iuppiter hz sex gradus a
ꝑncipio arietis. ⁊ omnes alij ꝺm hanc maneriem sine aliq̄
ordinatione ⁊ regula.

¶Nos autem ex predictis gradibꝰ vniuiqꝫ istorum planetarum colligitur ē hoc. Saturno qnquaginta septeꝫ:ioui:lxxviiij.marti.lxvi.veneri lxxxij.mercurio.lxxvi.quoꝝ oium collectio est ccclx.graduum.

¶Gradus vero qui adiungitur cuilibet planetaruꝫ sunt isti. Saturno.lvij.ioui.lxxviij.marti.lxvi.veneri.lxxxij:mercurio .lxxvi.oēs isti faciunt.ccclx.gradus.

Termini Egyptiaci

In arie.	Juppiter	6	Uenus	6	Mercu	8	Mars	5	Satur.	5
Cancer	Uenus	8	Mercu	6	Juppi.	8	Satur.	5	Mars	3
Gemi.	Mercu	6	Juppi.	6	Uenus	5	Mars	7	Satur.	6
Cancer	Mars	7	Uenus	6	Mercu	6	Juppi.	7	Satur.	4
Leone	Juppiter	6	Uenus	5	Satur.	7	Mercu	6	Mars	6
Uirgi	Mercu.	7	Uenus	10	Juppi.	4	Mars	7	Satur.	2
Libra	Saturnꝰ	6	Mercu	8	Juppi.	7	Uenus	7	Mars	2
Scor.	Mars	7	Uenus	4	Mercu	8	Juppi.	5	Satur.	6
Sagi.	Juppiter	12	Uenus	5	Mercu	4	Satur.	5	Mars	4
Capri.	Mercu.	7	Juppi.	7	Uenus	8	Satur.	4	Mars	4
Aq̄rio	Mercu.	7	Uenus	6	Juppi.	7	Mars	5	Satur.	5
Pisces	Uenus	12	Juppi.	4	Mercu	3	Mars	9	Satur.	2

¶Hic perficitur dictuꝫ ptholemei i termis egyptianoꝝ.

¶Alterum vero modum quem caldaicum appellarunt:per triplicitatum dn̄os rōcinantur sed eorum rationes ⁊ apertiores ⁊ magis sufficientes inueniuntur. ⁊ tn̄ nec in ordinibus nec i quantitatibus planetas q̄ triplicitatibus dominantur semper imitantur.

¶Alia maneries est caldeanoꝝ qui dicunt rationem in ea de dn̄is triplicitatum:⁊ eoruꝫ ratio planior est :tamen non sequitur planetas gubernautes triplicitates nec in ordinatione nec i quantitate.

¶Uult dicere ꝙ termini caldeoꝝ magis sunt accepti cuꝫ rōne regule tamē sūt diuerse ordinatōis:q2 eoꝝ sūt q̄ d̄ die sūt vnius planete ⁊ de nocte alteriꝰ.Silr̄ eoꝝ q̄libet planeta quantitatum diuersarum.

¶Horum autē sententia breuiter ⁊ absqꝫ libro memorie cōmendari potest. Prime nanqꝫ triplicitati que est ex ariete leone ⁊ sagittario terminorum apud eos diuisio in vnoquoqꝫ signoruꝫ eius vna est ⁊ eadem. Primū eteni terminuꝫ dant domino triplicitatis qui est iuppiter. scd̄m domino triplicitatis sequētis ⁊ est venꝰ. tertiū autem ⁊ quartum duobꝰ dominis triplicitatis geminorum qui sunt saturnus ac mercuriꝰ. q̄ntū quoqꝫ dn̄o reliq̄ triplicitatis ⁊ ē mars

¶Et ꝑpter hoc verbuꝫ istorum potest esse scitum ꝑ certo liberaliter ⁊ sine libro ⁊ participatio terminorum in quolibet signorum triplicitatis prime que est aries leo ⁊ sagittarius: versus ipsos est eadem participatio:q2 ponunt primū terminuꝫ domino triplicitatis qui est iuppiter. postmodū scd̄m terminū dn̄o triplicitatis qui sua sequitur qui est venꝰ.postea tertium terminum ⁊ quartū duobꝰ dn̄is triplicitatis gemini qui sunt saturnus ⁊ mercuriꝰ. postmodū quintū terminū dn̄o triplicitatis alteriꝰ qui est mars.

¶Natura adequauit iter se planetas septē q̄ sūt motus festini i suis dignitatibꝰ.postmodum dedit soli medietatem sphere:⁊ aliā medietatē lune.Et dedit q̄nqꝫ planetis loco hꝰ dignitatē terminoꝝ sole et luna exceptuatis. Et ꝑpter hoc dixerunt sapientes antiq̄ ꝙ significatō solis cū ē i medietate sua:⁊ lune cū est in sua.est equalis significatiōi q̄nqꝫ planetaꝝ i eoꝝ terminis existentiū.Et ꝑpter hoc dederūt caldei p̄mū terminū triplicitatꝭ ioui:⁊ nihil d̄derūt soli:q2 nō ē vt hēat terminū.⁊ dederūt 2m terminū veneri q̄ ē dn̄a triplicitatꝭ 2e.⁊ 3m terminū d̄dere satᷣno:⁊ de nocte mercurio:q̄ sūt dn̄i tertie triplicitatis.⁊ quartum terminum dederunt de die mercurio:⁊ de nocte saturno:⁊ q̄ntū terminū dederūt marti qui ē dominꝰ quarte triplicitatis:⁊ de alijs triplicitatibus s̄m hāc rōnem.

¶Secunde vero triplicitatis que ex tauro virgine ⁊ capricorno colligitur: vnumq̄dqꝫ signorū vna eademqꝫ diuisione partiuntur: assignātqꝫ primum terminū veneri ꝑpter eius in ea dominium.secundum vero ⁊ tertium duobus dominis triplicitatis geminorum:qui sunt saturnꝰ ⁊ mercuriꝰ.post hec autem quartum marti:ioui reliquum assignauere.

¶Et secunda triplicitas que est taurꝰ virgo ⁊ capricornus:dederunt etiam in quolibet horum signoruꝫ vna ⁊ eadem participatione:q2 ponūt primum terminum veneris:quia est domina i hac triplicitate:⁊ ponunt secundum ⁊ tertium terminum duobus dominis triplicitatis gemini qui sunt saturnus ⁊ mercurius:⁊ ponunt q̄rtum marti:⁊ alium ioui.

¶Si bn̄ itellexisti dictū qd̄ an̄ dixit:nō idiges glosa.⁊ si nō itellexisti:dico tibi ꝙ scd̄a triplicitas q2 est veneris ⁊ lune ⁊ luna nō habet i terminis partē:ↄuenit vt venus sit domina primi termini hꝰ triplicitatis:⁊ ꝙ 2ꝰ terminus sit terminus saturni de die:⁊ mercurij de nocte:⁊ tertius terminus mercurij de die ⁊ saturni de nocte:⁊ quartus terminꝰ martis qui est dn̄s quarte triplicitatis:⁊ q̄ntus terminus iouis q̄ dominatur in triplicitate leonis.

¶Hunc quidem ordinem maxime secuti sunt in duabus reliq̄s triplicitatibus:preter ꝙ tertie triplicitatis q̄ duos dominos habere dicit̄ saturnum scilicet ⁊ mercurium:primā in die partem saturnꝰ:i nocte vero mercuriꝰ assumit.

¶Hec ordinatio vadit vt plurimū in alijs duabꝰ triplicitatibꝰ et in tertia triplicitate q̄ habꝫ duos dn̄os q̄ sūt saturnus et mercurius.accipimꝰ pri

mam dignitatem de die a saturno ⁊ de nocte a mercurio.

Caldei fuerunt secuti in ordinatione terminorum triplicitatis cancri hāc eādē viā p̄dictā. ⁊ q̄r inuenerūt dn̄z triplicitatis geminoꝝ. saturnū de die: ⁊ de nocte mercuriū posuerūt: saturnū d̄ die dn̄z p̄mi termini signoꝝ hꝰ triplicitatis: ⁊ dn̄m zᶜ de nocte. ⁊ posuerūt mercuriū de nocte dn̄z pᶜ triplicitatis signoꝝ hꝰ triplicitatis: ⁊ dn̄m scd̄e triplicitatis d̄ die: Et posuerunt tertiū terminū martē qui est dn̄s quarte triplicitatis q̄ est cancer. ⁊ posuerūt iouē dn̄m q̄rte triplicitatis ⁊ venerē dn̄m quinte. Et posuerūt i quarta triplicitate martē dn̄m primi termini: ⁊ iouē dn̄m secūdi: ⁊ venerēz dn̄am tertÿ: ⁊ saturnū dn̄m quarti d̄ die ⁊ quinti de nocte: ⁊ mercurium dn̄m quarti d̄ nocte ⁊ q̄nti de die:

Modus autem quantitatis terminorum qui in vnoquoq̄z signo reperitur: ⁊ qui supradictū obseruat ordinē vnus quidem est ⁊ manifestꝰ: nec eorum differunt quantitates nisi eq̄li diminutione. Nam vnusq̄sq̄z terminorum i q̄ntitate vnius gradus a precedēti minuitur. Posuere ⁊ enim primum cuiusq̄z signi terminū. viÿ. graduū: scd̄m. vÿ. tertium. vi. quartū. v. qnintum aūt. iiÿ. qui est finis. xxx. graduum.

Et quātitas signorum in quolibz signoꝝ planē currit: ⁊ seq̄tur ordinationem primā quam ante diximus. ⁊ diuersitas sue quantitatis est cū minutione equali: ita ꝙ q̄libz terminoꝝ minuit̄ de termino q̄ ē an̄ eū vnū gradū: q̄r posuerūt primum cuiuslibz signi. viÿ. gradus ⁊ scd̄z. vÿ. ⁊ tertium. vi. et quartum. v. ⁊ quintum. iiÿ. q̄bus perficiuntur. xxx. gradus.

Multum bene fuerunt i hoc locuti: q̄r primꝰ terminus triplicitatis cuiuslibet: q̄n̄ est eiusdē dn̄i triplicitatis: conuenit vt hēat ibi maiorē p̄tē q̄z oēs aliÿ. ⁊ q̄r zᵃ triplicitas seq̄tur primā: ⁊ 3ᵃ scd̄am: ⁊ 4ᵃ tertiā. ⁊ est ibi vna triplicitas hn̄s duos dn̄os: ⁊ zᵒ debilior est primo: ⁊ nō est in quolibet signo vltra .30. gradus: ꝯuenit vt iter vnū ⁊ aliū sit melioratio vniꝰ gradus. Et q̄r fit primꝰ octo graduūz ⁊ zᵒ. 7. ⁊ sic ſm ordinatōez huius modi. prima triplicitas aries: leo: sagittarius: dn̄i suoꝝ terminoꝝ de die quolibet hoꝝ trium signorum. iuppiter. 8. venus. 7. saturnꝰ. 6. mercuriꝰ. 5. mars. 4. d̄ nocte. iuppiter. 8. venꝰ. 7. mercuriꝰ. 6. saturnꝰ. 5. mars. 4. zᵃ triplicitas taurus v̄go ⁊ capricornꝰ dn̄i suoꝝ terminorum. de die. venꝰ. 8. saturnꝰ. 7. mercurius. 6. mars. 5. iuppiter. 4. de nocte venus. 8. mercuriꝰ. 7. saturnꝰ. 6. mars. 5. iuppiter. 4. Tertia triplicitas. gemini: libra: aquarius: dn̄i suoꝝ terminoꝝ. d̄ die: saturnus. 8. mercuriꝰ. 7. mars. 6. iuppiter. 5. venꝰ. 4. d̄ nocte mercuriꝰ. 8. saturnꝰ. 7. mars. 6. iuppiter. 5. venꝰ. 4. Quarta triplicitas. cancer: scorpio: piscis: dn̄i suorum terminoꝝ: de die mars. 8. iuppiter. 7. venꝰ. 6. saturnꝰ. 5. mercuriꝰ. 4. de nocte mars. 8. iuppiter. 7. venus. 6. mercuriꝰ. 5. saturnꝰ. 4. Hac aūt manerie sunt ordinati termini caldeorum: ⁊ sunt qui melius dicūt istos termīos. q̄r dicunt ꝙ p̄ricipia signorum sunt termini fortunarum: ⁊ fines infortunarum. Et vellemus scire cum qua opinione antiquorum cōcordat eorum dictum.

Ex quibus omnibus in die colliguntur saturno septuaginta octo gradus. In nocte vero sexaginta sex: ⁊ ioui septuagintaduo: marti sexaginta: veneri septuagintaquinq̄z: mercurio autem in die sexagintasex: in nocte vero septuagintaocto.

Et de illis adiunguntur saturno de die septuagintaocto gradus: ⁊ de nocte sexaginta sex: ⁊ ioui septuaginta duo: ⁊ marti sexaginta: ⁊ veneri septuagintaquinq̄z: ⁊ mercurio de die sexagita sex: ⁊ de nocte septuagintaocto.

Vult dicere ꝙ nūerus graduum termīoꝝ cuiuslibet planete ſm caldeos est diuersus a numero graduum ſz egyptianos. ⁊ q̄n̄ est diuersitas iter sapiētes antiquos i numero annoꝝ maioꝝ planetarū: q̄ sic errant intelligentes ⁊ docti q̄d erit de nobis intelligendo rem talem.

At istorum duorum id q̄d ab egyptÿs dictū est magis veritati concordat: eo ꝙ egyptiorūz librorum auctores ex hoc q̄d natiuitatibꝰ inuenerunt esse cōmemoratū eos collegerūt ⁊ i suis libris scripserunt quas exemplari via graduum terminorū ordinauerant in his in q̄bꝰ opꝰ h̄rent.

Tamē certior harꝝ opionū quas diximus est ſm termīos egyptianoꝝ: q̄r egyptiani ꝯpilarūt libros ⁊ posuerūt eos i suis libris: acceperūt id de eo q̄d iuenerūt dictuz i natiuitatibꝰ quas ordinauerūt exemplo eorum per gradus terminorum i locis quibꝰ eis fuerat opportunum.

Postq̄z declarauit dubium q̄d erat i terminis voluit nobis in hoc loco mōstrare que opinio certior est. Et dixit ꝙ q̄uis termini caldeorum regulam habeant certificantem eiusdem experientiam: tn̄ non concordat cum eis: nec sapientes antiqui sic eos experti fuerunt. inuenimus tamen ꝙ termini egyptianorum: q̄uis sine regula sint accepti per experientiam ꝙ sunt veri.

Termini caldeorū siue babilonie

Aries	Juppiter	8	Venus	7	Saturnꝰ	6	Mercu	5	Mars	4
Taurꝰ	Venus	8	Saturnꝰ	7	Merc	6	Mars	5	Juppi	4
Gemi.	Saturnꝰ	8	Mercu.	7	Mars	6	Juppi.	5	Venus	4
Cancer	Mars	8	Juppi.	7	Venus	6	Satur.	5	Merc.	4
Leo	Juppiter	8	Venus	7	Satur.	6	Mercu	5	Mars	4
Virgo	Venus	8	Satur.	7	Mercu	6	Mars	5	Juppi.	4
Libra	Saturnꝰ	8	Mercu	7	Mars	6	Juppi.	5	Venus	4
Scor.	Mars	8	Juppi.	7	Venus	6	Satur	5	Merc.	4
Sagi.	Juppiter	8	Venus	7	Satur.	6	Mercu	5	Mars	4
Capri.	Venus	8	Satur	7	Mercu	6	Mars	5	Juppi.	4
Aq̄ri.	Saturnꝰ	8	Venus	7	Mars	6	Juppi.	5	Venus	4
Pisces	Mars	8	Juppi.	7	Venus	6	Satur.	5	Mercu	4

Et q̄n̄ hi q̄ illibros cōposuerūt terminorum ordinem non scripsere: nec in suoꝝ librorū aliquo numerauere: necessario dubietates ⁊ deceptiones i eis reperiuntur.

Et q̄r isti cōpilatores librorum non posuerunt ibi ordinationē terminoꝝ

nec eos nominauerunt in suis libris oportuit in hoc dubiū ⁊ error accidere.

¶ Uult dicere ꝙ q꞉ cōpilatores egyptianorū non posuerūt in libris suis experientias in quibus sciuerunt ordinatio nes terminorū:⁊ quot gradus in quolibet signorum habe bat accidit ibi dubiū duabus partibus. vna q꞉ forsitan ali qui eos postmodum inuenerūt:⁊ nos id non intelligimus. alia quia q̄q̄ ita fuit non possumus bene considere in eo: ꝙ inde inuenim⁹.⁊ hoc ē qđ dixit ꝺ antiqs sapiētib⁹ ptho.

¶ Nos autem in quodā libro vetustissimo cui⁹ pars maior pre vetustate nimia consumpta fue rat ⁊ perforata terminos inuenimus:in quo id quod ex ordine ⁊ quantitate terminorū contine batur naturaliter rationabiliterq꞉ fuerat ordia tum. Jtē in eo predictarum natiuitatum grad⁹ reperim⁹:⁊ quot etiam haberet vnusq꞉ pla netarum:concordabatq꞉ cū hoc quod in libris priorum inuenitur.

¶ Nos autē inuenim⁹ librū de termis antiquū ⁊ ipē vetulus erat ꝓ maiori pte ⁊ fractus:⁊ qc qđ dicebaṫ ibi ꝺ ordiatōe ⁊ q̄litate sua naturaľr regulam sequebaṫ ⁊ inuenimus etiā i eo grad⁹ natiuitatū quos ante diximus ⁊ sūmā ei⁹ habe bat vnusq꞉ planeta et cōcordabant cū eo ꝙ li bri sapientum antiquorum dicebant.

¶ Uult dicere ꝙ id qđ in libro ipso inuenit erat ꝑm regulā ⁊ rem naturalem.⁊ ꝙ h̄ sapiētes antiqui experti erāt:⁊ cer titudinē huius sciuerunt certificando ⁊ experiendo:⁊ posu erunt res quas experti fuerunt amplius ꝙ concordabat cum terminis egyptianorum:⁊ concordabat summa gra duum cuiuslibet planete cū ānis maioribus illi⁹ planete.

¶ Erat etiā i eo sermo valde lōgus i quo ipi ter mini m̄ltis necijs ꝓbabanṫ. s꞉ pp ei⁹ nimiā vetu statē ⁊ crebrā folioꝶ pforatōe꞉ eū ꝯtrascribere ne quim⁹:eiusq꞉ rōnes oēs nobis difficiles et ob scure videbanṫ. Partes tn̄ terminoꝶ q̄ nos ad hec itelligēdū multū iuuere:circa libri finē inte gre et absq꞉ lesiōe remāserāt:et qcq̄d illic ex ter minis iuenim⁹ i hoc loco subiūgiṫ.

¶ Et erant in hoc libro verba multum longa et multe superfluitatis demonstratio et eas nequim⁹ apphēdere:q꞉ liber fract⁹ erat:et nob fuit graue demōstratōe꞉ dare in ipsis lōgis rōni bus:q꞉ tamen partitio terminoꝶ remāsit in fine libri iuenim⁹ ꝙ dānata nec corrupta nō erat:et hoc ad itelligēdū rōnē multū nos iuuit:et q̄cq̄d inueni in libro ipso de ratione termiorum erat hoc quod dicam.

¶ Hec verba demonstrant magnam bonitatē ptholemei. qualiter multum diligebat veritatem.quonia꞉ de verbis alienis noluit sibi attribuere gloriā: nec verecūdatus fuit palam dicere:ꝙ in illis rationibus longis que scripte erāt in libro ipso ⁊ non poterat reddere rōnem.

¶ Jn ordine nāq꞉ ꝯsiderabat i vnoquoq꞉ signo rū dn̄꞉ exaltationis triplicitatis ac dom⁹:et q̄cū q꞉ eoꝶ duas istaꝶ haberet i signo ptātes et si fo ret ifortuna p̄cedebat i ordie. Q꞉ si modus ifor tunaꝶ nō sic iueniret̄ i.fine signorū ordinabaṫ.et ite꞉ p̄cedebāt exaltatōis dn̄i:postea triplicitatū. deinde domoꝶ dn̄i subsequebanṫ ꝑm signoru꞉ ordinem.

¶ Et ordiatio respiciebat ī quolib꞉ signo ad dn̄꞉ exaltatōis triplicitatis et domus:et quē plane tā ueniebāt hn̄te꞉ i signo duas dignitates:haꝶ ponebāt primā:q̄uis foret infortuna et si ita n̄ foret ifortuna ponebāt eā in fine signi:et ꝑpone bāt dn̄m exaltatōis:postmodū dn̄꞉ triplicitatis dn̄m dom⁹ postea ꝑm ordinatōem signorum.

¶ Ad hoc intelligimus:ꝙ isti termini de quibus ptholo. lo quitur non fuerunt sui. q꞉ si sui essent non ꝑponeret dn̄m exaltationis dn̄o triplicitatis ⁊ dn̄o domus.nam oēs astro logi concordant ꝙ dn̄s dom⁹ quē isti postposuerunt est oi bus ꝑponendus:q꞉ inuenti fuerunt per hunc bonū hoiem: apposuerunt ipsos ei:q꞉ sciuerunt nomen sapientis qui fe cit librū ipsū. Et ē manifestū ꝙ ptholeme⁹ terminos istos confirmat ⁊ tenet ꝙ sint recti:q꞉ multū cū terminis egyp tianorum:⁊ siľr cōcordāt cū terminis caldeorum. Et q꞉ in sūma graduū cuiuslibet planetaꝶ concordat cum annis ma ioribus suis:⁊ q꞉ experiētia cōcordat cum eis.

¶ Quicūq꞉ vero duas h̄ret i signo ptātes hn̄ti vnā ptātem i ordine ꝑponebaṫ:ꝑter ꝙ i leone et cācro q̄ sūt solis et lune domicilia:qb⁹ termi ni nō assignanṫ:primū vniuscuiusq꞉ signi termi nū alteri ifortunaꝶ ascripserūt. Nā primu꞉ can cri terminu꞉ marti:leonisq꞉ primū saturno do narunt. Jstorūq꞉ duoꝶ plunetaꝶ ordo i his du ob⁹ signis p̄ibat eo ꝙ in alijs oibus ipi locaban tur extremi.

¶ Et ꝑponunt duas dignitates hn̄tes i signo ei qui cancrū et leonē habebat:q꞉ sūt dom⁹ duoꝶ luminariū:et luminarib⁹ terminū aliquē non de derūt:et posuerūt primū terminū cuiuslib꞉ hoꝶ signoꝶ vni ex infortunis:et h꞉ hoc dederunt pri mū terminum cancri marti: et primū leonis sa turno:et ordinauerunt eos in his duob⁹ signis primitus.

¶ Soli ⁊ lune non dederunt aliqui sapientes ptē in termi nis ꝓpter dignitatē quā hn̄t in duab⁹ medietatib⁹ ꝣodia ci:⁊ ꝯueniebant ꝑm regulā quā ante dixit:ꝙ est p̄mus ter minus cancri iouis:q꞉ est dn̄s exaltatōis:⁊ q꞉ mars ē dn̄s triplicitatis:⁊ per oia signa posuerūt eū in fine:⁊tenuerūt ꝓ bono dare principiū sibi:primū terminū cancri: ⁊ h̄ cu꞉ opīone egyptianorum ⁊caldeorū ꝯcordat. ⁊ ꝙ saturn⁹ sit primus dn̄s termini primi leonis:nō est ratio naturaľ.qm̄ signum istud est nature sue cōtrariū:⁊ nō ꝯcordat cū opi nione egyptianoꝶ nec caldeorum.qm̄ vero ptholeme⁹ ve ritatem diligebat ⁊ noluit mutare aliqđ de eo quod scrip tum inuenit per sapientes antiquos. Preterea posuit eos ī libro suo ꝑm ꝙ inuenit per sapiētes antiquos.⁊ ideo ꝑm re gulam quā intellexit:tenem⁹ ꝙ p̄m⁹ terminus leonis ē io uis.⁊ quia est dominus triplicitatis.⁊ in hoc se affirmāt sa pientes cum ptholo. Et ꝓpter hanc solā diuersitatem dixe runt ꝙ isti termini sūt ptholemei.⁊ hoc ꝯcordat cū regula quam dederunt egyptiani ⁊ caldei.

¶ Modus itaqꝫ quātitatis terminorum est ita: cum alicuius planetarum nec in eodem signo: nec in sequentibus vsqꝫ ad quartum signuꝫ due potestates inueniebantur si esset aliqua duarū fortunarum: que sunt iuppiter ⁊ venus septem ei gradus assignabant. Si vero foret infortuna rum altera que sunt saturnus ⁊ mars qnqꝫ gra dus ei donabant. Mercurio autem quoniā est commixtus sex gradus attribuebant: qui sunt finis.30.graduum.

¶ Hoc modo posuerunt terminorum quantita tem quādo non inueniebāt planete duas digni tates in ipomet signo vel in alijs signis euntibꝰ per regulam vsqꝫ ad quartū si erat vnus ex du abus fortunis. que sunt iuppiter cuꝫ venus: da bant ei septē gradus: ⁊ si foret vnus ex duobus infortunis: que sunt saturnus ⁊ mars. dabāt ei qninqꝫ gradus mercurio: quia habet participa tionem cum vno: ⁊ alio dabāt sex gradus. i. 30. graduum cōplemento.

¶ Quia sequuntur se nālr vno modo: ⁊ semper in quarto signo cadit manifesta mutatio cuiuslibet eoꝝ posuerūt ex hoc duos terminos ẜm ordinationē signorum ⁊ dederunt fortunis partē maiorē ꝙ͂ infortunis: qꝛ fortunaꝝ nā est cir ca nām duoꝝ luminarium. quoꝝ qdlibet habet firmamē ti medietatē: et qꝛ mercurius ē iter fortunas equalis nūeri exn̄do ⁊ silr infortunas et ꝙ sit mercurius inter eas non inuenerūt numerū ꝑ quē diuidantur.30.gradus hoc modo nisi.4.5.et.6.ita ꝙ due fortune habeant.14.et due infortu ne.10.et mercurius.6.ꝓ cōplemēto.30.

¶ Et quia quidam eorum duas habent potestā tes vt venus que in tauro domum habet ⁊ tri plicitatem: augmentetur etiam in eo eius pote stas: ⁊ ideo quia luna nihil habet i terminis vnꝰ eius gradus sic se habētibus superadditur: siue in eodem signo siue in sequētibus vsqꝫ ad quar tum: hec habuerunt. Inuenimus etiam in pre dicto libro vnicuiqꝫ istorum super pronota pū ctum vnum. Ille ergo gradus qui termino pla nete duas habenti potestates supadditur a resi duis planetarū terminis vnā solā ibi ptātē habē tiū auferebatur: maxieqꝫ saturno primū: dein de ioui surripiebat: eo ꝙ tardus est eoꝝ motꝰ. hi autem termini sic ordinant.

¶ Et qꝛ eoꝝ aliqui hn̄t duas dignitates: eo ꝙ lūinaria nil hn̄t i terminis addiderūt cuilibꝫ pla rum gradū vnū. si fuerit tali mō siue e iste fuerit i vno met signo siue vsqꝫ ad quartuꝫ per ordina tionē signoꝝ. ⁊ ienimꝰ i ipo libro sup qdlꝫ isto rum vnū singnale cuꝫ vno pūcto ⁊ gradus ipos quos addebāt p̄tetis hn̄tibus duas dignitates minuebāt ab alijs q nō nisi vnā dignitatē hēbāt ⁊ vt plimū minuebāt a saturno ⁊ ioue: eo ꝙ sit motꝰ tardioris. scriptū āt hoꝝ terminorum erat hoc modo.

¶ Si bene intellexisti dictum ptholemei in terminis istis ⁊ inspexeris ibi scies rōnem additionis ⁊ minutionis ⁊ q̄ re preposuerunt ⁊ postposuerunt. vbi grā. Quia saturnꝰ hꝫ in signo libre duas dignitates que sūt exaltatio ⁊ triplici tas: ⁊ addiderūt ei gradum vnū ⁊ fuerūt sex. ⁊ ꝓposuerūt eū: qꝛ dn̄s exaltationis est ꝓpositus dn̄o triplicitatis: ⁊ dn̄s triplicitatis ē ꝓpositꝰ dn̄o domꝰ. Signū vero 2m ē scorpio: ⁊ mars hꝫ in eo duas dignitates que sunt domus ⁊ triplici tas: ⁊ ꝓpter hoc addiderūt ei graduꝫ vnum ⁊ fuerūt sex. ⁊ postposuerūt eū: qꝛ fortune debēt infortunis prepōi. Et qꝛ eoꝝ nā ē elongata multū ab illa saturni ⁊ tertiū signū a li bra ē sagittarꝰ ⁊ iuppiter hꝫ ibi duas dignitates q̄ sūt tripli citas ⁊ domꝰ ẜm regulā suā cōuenit ꝙ addāt ei vnum gra dū ⁊ postposuerūt eū ꝓpter tardū motum. Et qꝛ quartuꝫ signū a libra est capricornus: ⁊ venus hꝫ in eo dignitatem vnam q̄ est triplicitas ⁊ non remāserūt ex planetis nisi ve nus ⁊ mercuriꝰ: nec de gradibꝰ nisi.10. ⁊ mercuriꝰ ē dn̄s tri plicitatis libre de nocte: ⁊ venꝰ ē dn̄a triplicitatis q̄rti signi ꝓpter hoc diuiserūt iter eos.10. gradus per vnuꝫ equale. ⁊ preposuerunt venerē q̄ ē fortuna ⁊ dn̄a domꝰ ⁊ posuerunt statim pꝰ eā mercuriū qꝛ de nocte hꝫ triplicitatē i libra ⁊ po suerūt iouē post mercuriū qm̄ hꝫ in libra maiorē dignitatē ꝙ͂ iuppiter. Et qꝛ fortune preponēde sunt infortunis mar tem in fine omni posuerūt ⁊ ẜm hanc regulam fecerunt in alijs signis.

¶ Ex qbus i vnū redactis saturno.lvii.assignan tur marti. lxvii. veneri lxxxii. mercurio. lxxvi. Joui.lxxix .qui simul collecti: gradus.ccclx.effi ciunt.

¶ Scōꝫ hoc sūma graduū quos hꝫ satur. fit. lvii. iupiter. lxxix. mars. lxvi. venꝰ. lxxxii. mercuriꝰ. lxxvi. sūma oīuꝫ. ccclx. gradus.

¶ Hec sūma cōcordat cū sūma graduū egyptianorū termino rum ⁊ conuenit ꝙ isti termini quos Ptholе. ponit sint certi roes: qꝛ sint i terminis egypti anorū: eo ꝙ inuenimus ꝙ opā tur magis per terminos egy ptianoꝝ: qm̄ hermes dorothe us et Mellius ⁊ alij astrolo gi excollegerūt terminos egy ptianoꝝ magis ꝙ͂ alios: ⁊ iudi cāt magis per eos ꝙ͂ ꝑ alios: ⁊ rē qua semper isti vsi sūt a ma

Termini ptholemei seu auctoris ignoti.

Aries	Juppiter	6	Venus	8	Mercu.	5	Mars	5	Satur.	4
Taurꝰ	Venus	8	Mercu.	7	Juppi.	7	Satur.	2	Mars	6
Gemi.	Mercu.	7	Juppi.	6	Venus	7	Mars	6	Satur.	4
Cancer	Mars	6	Juppi.	7	Mercu.	7	Venus	7	Satur.	3
Leo	Saturnꝰ	6	Mercu.	7	Mars	5	Venus	6	Juppi.	6
Virgo	Mercu.	7	Venus	6	Juppi.	5	Satur.	6	Mars	6
Libra	Saturnꝰ	6	Venus	5	Mercu.	5	Juppi.	8	Mars	6
Scor.	Mars	6	Venus	7	Juppi.	8	Merc.	6	Satur.	3
Sagi.	Juppiter	8	Venus	6	Mercu.	5	Satur.	6	Mars	5
Capri.	Venus	6	Mercu.	6	Juppi.	7	Satur.	6	Mars	5
Aq̄ri.	Saturnꝰ	6	Mercu.	6	Venus	8	Juppi.	5	Mars	5
Pisces	Venus	8	Juppi.	6	Mercu.	6	Mars	5	Satur.	5

gnis tpibꝰ citra ꝯuenit nos ante accipe: ⁊ ꝓpter hoc Ptho. fuit ante locutus de ipis q̃ȝ de alijs. Et ego dico qd̃ tibi facere cõuenit quolibet loco quo tibi accidet talis res: Aspice ad gradus quem volueris: ⁊ quis est dñs gradus illius ẜm opiniones p̃dictas: ⁊ si duo concordauerit se in vno hunc accipies ⁊ non alium: ⁊ si fuerit ẜm vnã opinionẽ solã aspice si in naturã suam ⁊ naturam lũinaris dñi medietatis in qua est gradus ip̃e est aliqua concordãtia vel participatio ⁊ hũc accipias maxime si aspexerit cũ ibi lũinare ⁊ fuerit ĩ bono loco potẽs. Sẽp tñ cõuenit q̄ ante ĩspicias ad terminos egyptianorũ. Postmoduȝ ad terminos ptholo. ꝓpter rõnem quã dixit ⁊ subsequẽter ad terminos caldeorũ. Et quis dñs termi ẜm has opiones q̃liscũq̧ sit hũerit aliã dignitatẽ in illo signo hũc accipias añq̃ȝ aliũ. Res antea est cũ modo vt ꝯcordat hoc qd̃ diximꝰ cũ opinione ptho. non .n. hẽbat ꝓpter qd noiare .3. opiones: nisi q̄ꝛ tenebat q̄ ẽ h̃ veritas: ⁊ ita ꝯuenit q̄ faciamꝰ vt dixit.

❡ In duodecimis. Ca. XXII.



Unt eteni qdã q̄ ꝑ partes p̃dictis ptibꝰ breuiões demũ diuiserũt eas locos ⁊ gradus nũcupãtes: locos .s. duodecimã vniꝰ signi ptẽ dixerũt q̃ ẽ duoꝝ graduũ ⁊ semis: posuerunt etiam eaꝝ dominos: dominos domoruȝ ẜm signorũ successionem.

❡ Aliq̄ dixerũt dignitates ĩ magis miutis his q̃s diximꝰ: ⁊ posuerũt eis noia loca ⁊ gradus: ⁊ de loco dixerũt vnã partẽ ex .xij. signi ptibꝰ: q̃ sunt duo gradus ⁊ dimidiũ: et dabãt eis ꝓ dñis domoꝝ dños per ordinatõeȝ signorum.

❡ Nũerus hꝰ ẽ ita. ĩspice ad numeꝝ graduũ quos scire volueris cuiꝰ duodenarie sũt: ⁊ multiplicabis eos in .12. ⁊ extrahe trigita gradus ꝓ quolibȝ signo: ĩcipiẽdo a signo cuiꝰ sũt ipsi gradus. ⁊ vbi finit nũerus dñs domus illiꝰ signi est dñs duodenarij quã petis: ⁊ suum miscebis iudicium cum illo domini termini.

❡ Quidam vero ꝑ alias partes ꝑ .x. s. signa diuiserũt secutiq̧ sunt in ordine: id quod caldei ĩ terminorum ordine sequebantur.

❡ Et alij diuiserunt ea aliter i. x. s. partes: ⁊ secuti fuerunt in hoc id quod secuti fuerunt caldei ĩ terminis ordinandis.

❡ Uult dicere q̄ diuiserũt qd̃libȝ signũ ĩ .10. ⁊ .10. gradꝰ ita q̄ signũ diuisũ sit ĩ tres ptes eq̃les: ⁊ q̄ ĩ vnaquaq̧ parte dñet vnꝰ planeta. ĩuenimꝰ .n. q̄ sapiẽtes antiqui vtebant̃ duobꝰ modis. vnus dictꝰ ẽ facies: aliꝰ durugẽ. De faciebꝰ dabãt p̃mam arietis marti q̄ est dñs domꝰ. scd̃am soli qui eũ seq̄t̃ ĩ ordinatõe spheraꝝ. ⁊ tertiã dabãt veneri: qm̃ seq̄tur solẽ. Et p̃mã faciẽ tauri dabãt mercurio q̄ seq̄t̃ venerẽ ⁊ scd̃am dabant lune qm̃ seq̄t̃ mercuriũ. ⁊ tertiã faciẽ tauri dabãt saturno. ⁊ p̃mã geminoꝝ dabãt ioui. Et ꝑ oĩa isto mõ. Uia auteȝ inueniẽdi hũc nũeꝝ est ita. Aspice ad nũeꝝ sig̃ꝝ ab ariete vsq̧ ad signũ illd̃ ponẽdo ĩ nũero signũ illud qd̃ multiplicabis ĩ .3. ⁊ diuides ꝑ .7. donec remaneant septẽ vel minꝰ septẽ. Et ĩcipias a saturno ꝑ ordinationẽ planetaꝝ: ⁊ vbi finiet̃ nũerus: p̃ta ip̃e ẽ dñs p̃me faciei illiꝰ signi ⁊ planeta seq̄ẽs ẽ dñs alteriꝰ faciei. Alia vero maneries q̃ dicta ẽ dorongẽ ẽ id qd̃ dixit solũmõ ptholo. ⁊ ita erãt q̄ diuidebãt signũ ascẽdẽs ĩ tres partes eq̄ales: ⁊ dabant p̃mã ptem dño ascẽdentis: scd̃am dño .5. tertiã dño 9ᵉ vt .3. vna triplicitas eẽnt sꝑ. Et ẽ manifestum q̄ isti secuti fuerunt ĩ ordinatiõe partiũ dños triplicitatuȝ: sicut caldei ĩ ordinatõe terminoꝝ. Et alij diuiserũt ẽt signa ĩ tres ptes eq̄les alia manerie quã ĩuenies in libris astrologie. Et alij diuiserũt signũ ĩ .9. partes: ⁊ posuerũt ei nomẽ neubabar. Sȝ ptholo. tenet q̄ opiones iste nõ sũt libere nec vlla experiẽtia eas affirmat. ꝓpter hoc ĩ iudicijs suis oibꝰ eijcit ip̃as.

❡ Sȝ qm̃ istorũ modus ĩcõueniẽs ẽ: cũ postponendũ fore putamꝰ: aliũ v̓o modũ quẽ imitari debemꝰ: q̄ꝛ ꝯueniens est imitabimur.

❡ Et postq̃ȝ hec dicta firmitatẽ nõ hñt: nec opinionẽ nature sequũt̃ ab eis deuiare volumꝰ. Et ĩcipiemꝰ loqui aliam q̃ rõne cõuenit.

❡ Aspice q̃uo ptholo. te docet v̓ba dimittere q̃ nõ hñt firmitatẽ nec rẽ nãlẽ sequũt̃: ⁊ q̃uo adhereas v̓bis firmis seq̄ẽtibꝰ solũmõ viã nãe. In hoc .n. lucraberis getẽ ⁊ vitabis laborẽ ⁊ penam rei nõ proficibilis.

❡ In duodecimis igitur ⁊ terminis a duobꝰ pũctis eq̄noctialibꝰ ⁊ duobꝰ solstitialibꝰ ꝑut librorũ auctores explanauere ĩcipiemꝰ. ⁊ qm̃ nature vires earũq̧ similitudines ꝓprie dep̃hẽduntur: non nisi a duobꝰ pũctis eq̄noctialibꝰ ⁊ duobus solstitialibꝰ velut p̃diximis ĩceperũt: nec vllam aliunde ĩcipiẽdi habuere occasionẽ. Naȝ si aliõ ĩitiuȝ p̃ter hec reperiret̃ oporteret necio vt in eoꝝ natura ĩ istiꝰ sciẽtie ꝑfectione nil ꝑficere ꝯcedat̃: vel vt ĩ aliquo ꝓdesse ⁊ ꝯcedat̃ ⁊ obseruet̃: Quod si q̄s concesserit decipiet̃: eo q̄ circuli signoꝝ partes per quas he vires eueniunt non obseruauerit.

❡ Cõuenit .n. nos ĩcipere ĩ duodenarijs ⁊ terminis a q̃tuor punctis tropicoꝝ. nã illi q̄ ꝯpilarunt libros hꝰ artis: ita nos docuerũt. Ampliꝰ q̄ꝛ videmꝰ q̄ virtutes nature ⁊ acordamẽta sua incipiunt sicut mõstrauimꝰ ab istis quatuor pũctis ⁊ ab alio loco ĩcipe nõ est ratio aliqua: qm̃ si poneremꝰ aliõ p̃cipiũ: nisi istõ ꝯueniret nos dicere q̄ natura horũ punctoꝝ nõ ĩtrauerit ꝯplemẽtum huiꝰ artis vel q̄ dicamus q̄ cũ eis completur: ⁊ erraremus si incipemus ab alio loco.

❡ Ptholo. docet nos q̄ v̓tutes ad nos veniẽtes a stell̓ mutãtes quatuor elementa: mineras vegetabilia: ⁊ aialia hoc totũ operantur aere mediãte. ⁊ docet nos q̄ scire v̓tutem cuiuslibȝ eaꝝ ẽ accipe cõparationẽ eiꝰ a sole q̄ ĩ rebꝰ oibꝰ dñat̃ ⁊ vicit. et postq̃ȝ ita ẽ ꝯuenit nos scire v̓tutes graduũ suorũ ĩ cõꝑatõe eoꝝ ad pũctos q̃tuor tropicoꝝ. qm̃ hi pũcti ꝓprie notiores ⁊ manifestiores sũt ĩter nos q̃ȝ ceteri: q̄ꝛ sol q̄ ẽ res q̃ scimꝰ oĩa q̃ sunt in celo: qñ ꝑuenit ad vnũ horũ pũcto ꝝ quatuor mutat̃ tp̃s de vno statu ĩ aliũ. Et ꝓpter h̃ dixit ptholo. q̄ accipiẽti h̃ ab aliquo loco nisi ab istis punctis .4. ꝯuenit vt dicat q̄ nã eoꝝ nõ ẽ res q̃ hẽat hãc arteȝ ĩtrare: ⁊ qui ĩcepit ab alio loco errabit. Cũ hoc .n. loco docet nos q̃uo sciamꝰ virtutẽ cuiuslibet gradus signoꝝ accipiẽdo eos ĩ ꝯparatõe hoꝝ quatuor pũctoꝝ: sic̃ scimus virtutẽ stellaꝝ ĩ ꝯparatõe solis. Et qñ hoc sciuerimꝰ eos poterimus bñ ordinare hoc nũero q̄ ei q̄ fuerit maioris cõcordie dabimus vim domus. ⁊ postmodũ eã subsequenti: dabimus vim triplicitatis ⁊ postmostñ exaltatõis. ⁊ sic ĩ terminis duodenarijs ⁊ alijs dignitatibꝰ. Nã ꝑ hoc dedit no

de facieb[us] 7 durugen

facies in signis — Alkindus

dorongen in domibus

bis viā ptbole. q̄ sciamus ꝓ certo v̄tutē cuiuslibꝫ gradus signoꝝ: ⁊ cuiusmodi ꝯcordātiā bꝫ cū quolibꝫ plāeta. Hec est opinio ptbolemei q̄ ꝯcordat cū pħis: qꝛ semꝑ dꝫ bō ab scōditū ꝑ manifestius demōstrare. Nos āt inuenimus alios q diuiserūt signa ꝑ gradus masculinos ⁊ femininos: ⁊ hoꝝ fuerūt q secuti fuerūt regulā duodenarioꝝ: ⁊ posuerūt duos primos gradus ⁊ mediū signi masculini in masculios ⁊ alios duos ⁊ mediū femininos: ⁊ ita vsqꝫ ī finem signi. Et alij dixerūt dictū qd̄ nullā sequebat̄ regulā isto mō.

Aries	Mascu	8	Femi	1	Mas	6	Femi	7	Mas	8		
Taur⁹	Femini	5	Mas	6	Femi	6	Mas	4	Femi	3	Mas	6
Gemi.	Femini	6	Mas	11	Femi	6	Mas	4	Femi	3		
Cancer	Mascu	5	Femi	6	Mas	2	Femi	2	Mas	11	Femi	4
Leo	Mascu	5	Femi	3	Mas	7	Femi	8	Mas	7		
Uirgo	Femini	8	Mas	4	Femi	8	Mas	10				
Libra	Mascu	5	Femi	5	Mas	11	Femi	7	Mas	2		
Scor.	Mascu	4	Femi	6	Mas	4	Femi	5	Mas	8	Femi	3
Sagi.	Mascu	2	Femi	3	Mas	7	Femi	12	Mas	6		
Capri.	Mascu	11	Femi	8	Mas	11						
Aq̄ri.	Mascu	5	Femi	7	Mas	6	Femi	7	Mas	5		
Pisces	Mascu	10	Femi	10	Mas	3	Femi	5	Mas	2		

Et fuerūt aliq q posuerūt ī signis gradus augentes ⁊ minuētes fortunā: qd̄ tibi scribā vt huius ītelligas rōnem et alioꝝ que dixit. tñ si ꝑ hoc volueris oꝑari ⁊ regere: ꝑus te scire ꝯuenit qd̄ ē res q̄ nō bꝫ rōnē nec ꝓbatōeꝫ vñ īspicias ⁊ si cōcordauerit cū eo qd̄ dixit ptbole. oꝑare ꝑ illō: et si nō cōcordauerit nō īspicias ī eo: excepto si fueris id expertus: tūc enī ꝯmisceb̄ significationē suā cū eo qd̄ dixit ptbo. sciēdo semꝑ ꝙ hec significatio graduūꝫ debilior ē q̄ꝫ significatio planetaꝝ ⁊ radioꝝ suorū. hi v̄o sūt gradus augētes fortunam. Ego tamē sic dico ꝙ te scire ꝯuenit ꝙ gradus augētes fortunā sūt gradus exaltatōis solis ⁊ planetaꝝ fortunarū: sic. 19. grad⁹ arietis. 3. tauri. 15. cācri. 27. pisciū. silr̄ sūt illi ī qbus adiūgūt̄ termini fortunaꝝ. sicut. 13. sagit. ⁊. 13. piscium. Et sūt ēt gradus terminoꝝ fortūaꝝ: et gradus ī qbus sūt stelle fixe de natura fortunaꝝ. et ecōuerso gradus in qbus sunt stelle de natura infortunarum.

Aries	19				Libra	3	5	21	
Taur⁹	3				Scorpi	7	13	20	
Gemi	11				Sagit	13			
Cācer	3	15			Capri	12	13	14	20
Leo	3	5	7	17	Aquari	7	16	17	20
Uirgo	3	13	20		Pisc	13	27		

Astrologi igr̄ ceteꝝ multū locuti fuerunt d̄ gradibus ⁊ diuiserūt eos ī lucētes lubricos et fumosos. ⁊ sūt ex eis azemena: et ex eis putei: et locuti fuerūt de alijs multis: sicut inuenies ꝑ libros astronomie: Et si hoc īuenerūt experientia bonū ē qd̄ opereris ꝑ hoc. Et si forsitā eis accidit ꝙ aliqs planeta vel stella fuerit in gradu vel ei⁹ radius: et fecit fortunā: crediderūt ꝙ gradus hoc fecerit. et si qd ita cōuenit vt te mutes de vno gradu ī alium. et hic finem imponimus mō huic nostre rationi.

In almugea. i. ī visionē adiuicē facie ad faciē: ⁊ ī alchiara. i. splēdore: ⁊ ī his silib⁹. Ca. XXIII

Dixit Haly.

Postquam docuit nos v̄tutē stellaꝝ et signoꝝ docet hic nos qūo fortificāt̄ et debilitantur planete. Qꝛ aūt dixit et alijs rebus talibus. vult dicere ꝓpter donū v̄tutis quā vnus planeta dat alij.

Rraticarū qdem stellaꝝ silitudies signis sunt velut p̄dixim⁹. Itē ꝙ planete ꝓprie hēant almugeaꝫ silr̄ ostēditur cum eoꝝ vnusqsqꝫ aliquā ī figura cū sole vl' luna societatē habuerit: modo q d̄r almugea: hoc ē vt sit iter vnū quēqꝫ ⁊ solē ac lunā ex lōgitudie: q̄ꝫtū ē iter ipi⁹ domum ⁊ domum solis: aut lūe ex lōgitudie: veluti si ven⁹ eēt ī sextili aspectu alterius lumiaris: ita ꝙ a sole occidētalis vl' a lūa foret oriētalis: eēt tūc in almugea. hē ergo mod⁹ almugea vniuscuiusqꝫ pl'taꝝ cū lūinarib⁹.

Silr̄ dicūt ꝙ pl'e hn̄t eēntiaꝫ de facie ī faciē ꝓpriā ꝓpter ꝑticipatiōeꝫ figure quā hn̄t cū sole vl' luna hoc mō ita ꝙ sit iter quēcūqꝫ eoꝝ qualiscūqꝫ sit ⁊ solē et lunā tāta lōgitudo q̄ꝫta ē iter domū suā et domū solis vl' lune: verbi gratia. ꝙ ven⁹ sit ī sextili vni⁹ lūinarij. tamē ꝯuenit ꝙ sit occidētalis a sole et oriētalis a luna: et hoc mō erit stat⁹ d̄ facie ī faciē cuiuslibꝫ planetarum cum duob⁹ luminaribus.

Hanc vim lucrant̄ planete ꝑꝑ participatōeꝫ quā habent domus eoꝝ cū domibus duoꝝ lūinariū: qꝛ qlibet planeta erraticoꝝ hꝫ duos domus ꝓpter ꝑticipatiōem quā hꝫ qlibet eoꝝ cū nā luminariū: et illi q hn̄t domos suas cuꝫ duabus domibus lūinariū. et ꝓpter hoc ꝯuenit ꝙ habeāt vim maiorē: qñ. s. erit iter aliquē eorū et aliqd̄ luminariū tāta lōgitudo quāta ē iter domū suā ⁊ domū luminaris: ī medietate cuius ē domus ipa. v̄bi grā. ꝙ mercuri⁹ sit ī. 2. signo a sole: et ī. 12. a luna: et venus ī 3° a sole et ī 11° a luna. et mars ī 4° a sole: et. 10. a luna. et iuppiter ī 5° a sole: et 9° a luna. ⁊ saturnus ī 6° a sole: et 8° a luna. Nā cū tali quale hoc ē lucratur pl'a vim sic magnā ac si eēt ī domo sua ꝓpter ꝑticipationē quā habēt sue domus cū domibus luminariū.

Hoc aūt seq̄t̄ alchinara q̄ fit cum fuerit in sua haiꝫ ⁊ in eius simili ex locis sibi ꝯueniētib⁹.

Luminare tamē dicit̄ isto mō qñ fuerit in suo haiꝫ aut in loco habente concordantiam cum eodeꝫ.

Haiꝫ ē qd̄ planeta masculus de die sit suꝑ terram ī signo masculino: ⁊ de nocte sub terra: et planeta feminin⁹ ī signo feminino de nocte suꝑ terrā: et de die sub terra. Et id qd̄ ē: haiꝫ simile est qd̄ sit planeta masculinus ī signo masculīo ⁊ planeta femininus ī signo feminino. et ꝙ planeta diurnus sit ī die suꝑ terrā: et nocturnus de nocte suꝑ terram. hoc. n. est in quo astrologoꝝ coītas cōcordauit. Et ptbol. dicit eē haiꝫ qñ planeta ē ī loco ꝯueniēte sibi: et cū quo hꝫ ꝯcordātiā. et dedit ꝙ illi q sūt ī angulis vel' succedētibus sūt aduenientes. et q ī cadentibus sūt retrocedentes. ⁊ hic acceperunt ductoriā planetaꝝ. et hoc est ꝙ sit planeta ī suo haiꝫ ī aliquo angulo solis de die lune vero de nocte. et dicūt planetam exaltatū super alium planetam quando est dexter

ab eo. ita q̄ sit respectu alterius super terram.

¶ Cūq̄ʒ duas vl' plures auctoritates aliqs eorū habuerit: i loco sui gaudij ꝛ honoris eē dr̄. Eoꝝ qʒ vires tūc augmētant᷑: eo q̄ signis i qb⁹ sūt assimilant᷑ q̄ vires eoꝝ adiuuant. Dn̄r ēt gaudere cum signis i qbus fuerint predicto mō non assimilantur: sed planete que fuerint t ex eorūʒ haiʒ ipsorum locis assimilantur: que sīlitudo lʒ remotissima sit: est tamen aliqua.

¶ Et qn̄ accidit q̄ aliquis pl'a hēat i aliquo loco duas dignitates vl' pl'es: dn̄t q̄ ē i loco sui gaudij. ꝛ honoris: tunc crescit ei⁹ virt⁹ i opando pp̄ sīlitudinē quā hʒ signū i quo ē cū eo: ꝛ pp̄ cōcordantiam quā hʒ cuʒ sui natura ꝛ auxilio qd̄ sibi dat. ꝛ dn̄t q̄ pl'ta gaudet q̄uis nō cōcordet cuʒ signo i quo existit pp̄ ꝯcordātiā quā dixim⁹. nā cōcordant loca cū pl'tis q sūt d̄ suo haiʒ: ꝛ hec pticipatio est alonge. tamen participatio est: ꝛ propterea vim lucrantur.

¶ Ptholemeus noīat i hoc loco status planetaꝝ respectu vni⁹ ad aliū. ꝛ dicit q̄ planete gaudēt ꝛ fortificāt᷑ cū habuerit pticipationem vni⁹. s. cū alio q secū ꝯcordet concordia naturali vel accidētali: q̄uis planeta nō sit p se i signo conueniēti sibi ꝛ eꝯ. nā tūc minuit᷑ d̄ statu suo planeta ꝛ debilitat᷑ quādo pticipationē hūerit cū alio planeta sibi ꝯtrario: p accidens vel p nām. hi vero status ſʒ q̄ multi sapiētū dixerūt sūt vndecim modi cōpleti: qm̄ oēs alij status ad hos vndeci referūtur: ꝛ hn̄t vnā ad quā reuertunt᷑ radicē. hoc eni est q̄ planeta leuis sp̄ vi suā exhibet pōderoso: excepto si leuis tot hūerit dignitates i signo i quo exiuit. q̄t i virtute supēt pōderosū. ¶ Daꝝ p̄mus modus ē dare vim. Et ħ quādo pl'ta ē in aliqua suaꝝ dignitatū applicās alij habēti vim eo maiorē: tūc eni dicūt q̄ vim suā dedit. ¶ Scdʒ dicunt dare nām. ꝛ hoc ē quādo planeta applicat alteri q sit dn̄s dom⁹ i qua existit aut triplicitatis vl' dignitatis. ¶ 3m dn̄t 2as dare nās. ꝛ hoc quādo duo planete met applicant: et est vterq̄ eorum i aliqua dignitate ipsius. ¶ 4m dicunt lucē. ꝛ hoc ē duob⁹ modis. vn⁹ quando planeta separat᷑ ab aspectu vnius: applicās aspectui alterius: tūc. n. trāsfert naturā p̄mi ad 2m. Alius ē q̄ vn⁹ planeta applicet alteri: tūc eni scd̄s trāsfert nām primi ad alterū tertiū: q̄q̄ nō applicet ei primus. ¶ 5m dicūt lucē reddere: ꝛ ē hoc duob⁹ modis. vnus ē: q̄z duo pl'te applicent vni ꝛ ipi nō se videāt inter se hūc. n. receptorē dicūt q̄ lucē vnius reducit ad lucē alteri⁹. Alius est q̄ vnus planeta applicʒ duobus vl' plib⁹: ꝛ isti plāete nō se aspiciāt: vnus. s. aliū: applicās eni eis reducit lucē vnius ad aliū. Et si planeta q lucē colligit aliorum aliquē locū aspexerit firmamēti: dicūt q̄ planeta ipe reducit lucē aliarū ad locū ipm̄. Postmodū cū acciderit: vt planete q habēt iter se cōcordātiā nālem vel accidentalē siue ꝓpter aliquā ipsaꝝ p̄dictaꝝ dignitatū: sicut ē domus aut exaltatio: vel triplicitas: aut terminus: vel haiʒ: aut gaudium. habeāt iter se harū p̄dictaꝝ: habēt vim ꝛ posse maius i ope. ¶ 6m dn̄t ꝓhibere lucē. ꝛ ħ ē duob⁹ modis. vn⁹ ē i cōiūctione: ita q̄ tres pl'e sint i vno signo in diuersis gradib⁹ ꝛ i plib⁹ gradib⁹ pōderosus. nā ille d̄ me⁹ ꝓhibʒ ne p̄m⁹ applicʒ pōderoso dōec eū trāsiuerit ꝛ si ille q fuerit i min⁹ gradibus pōderoso fuerit ꝯcordatus ē malū. ꝛ si discordatus ꝛ ille de me⁹ accordat⁹. ē melius. Ali⁹ ē: q̄z duo pl'e sint i vno signo: ꝛ leuior pōderosiori applicet: ꝛ alter planeta eidem applicet pōderoso p aspectū. nā ille q ē cū pōderoso in vno signo ꝓhibet ne ille q eū aspicit, sibi applicet si gradus fuerint equales. tamē si ille de aspectu i gradibus fuerit vitinioribus pōderoso applicatio sua erit ꝛ nō alterius. ¶ 7m est reddere v̄tutem. ꝛ hoc ē qd̄ planeta applicet pl'e retrogrado aut ꝯbusto. nā ille retrogradus vl' combustus vim reddit ei q sibi applicat. tamē si ambo fuerit i angulis vel succedētibus: vl' leuis, in angulo fuerit: redditio ipsa erit cū ꝓficuo. sed si planeta leuis cadēs fuerit ꝛ in angulo ponderosus vel ambo sint cadētes: redditio erit cū damno. ¶ 8⁹ dicitur trāsitus. ꝛ hoc ē quādo pl'ta vadit vt applicet alij. ꝛ anteq̄ eū attingit exit de signo illo et trāsit ad aliud: et venit, alter planeta paucoꝝ graduū q signū ipm̄ aspicit ꝛ planete applicat pōderoso applicatōe tali qualis prima. ¶ 9⁹ āt cespitatio. ꝛ hoc ē quādo planeta vult applicare alij. ꝛ an̄q̄ ei applicet fit retrogradus: et destruitur applicatio ipsa.

¶ Decimus dr̄ disturbatio. ꝛ hoc ē quādo planeta leuis est ml'toꝝ graduum: et alter planeta pōderosior ē paucorum graduum: et alter leuior p̄mo vl't applicare pōderoso: ꝛ anteq̄ sibi applicʒ fit retrogradus p̄mus leuis graduū ml'torum et applicat pōderoso: et eū retrogradando ptransit: et applicat ei qui leuior erat eo. ¶ Undecimus est abscissio luminis. et hoc est quando planeta vadit vt applicet alteri: ꝛ est alter planeta i scd̄o signo a signo pōderoso: et anteq̄ sibi applicet fit retrogradus pl'a q est i scd̄o signo: ꝛ iungitur cū pōderoso: ꝛ abscidit lumē primi leuis. Sil'r quando planeta vadit vt applicet alteri: et ille alter vadit vt applicet alteri pōderosiori eo. et an̄q̄ leuis applicet mediāo applicat medianus alteri pōderosiori eo: et sic abscidit᷑ lumē medij ad leuem. per hanc enim regulam scies status planetarum vnius. s. cum alio.

¶ Cūq̄ʒ i locis extraneis. s. i haiʒ suis haiʒ ꝯtrarijs inueniūt᷑: eoꝝ vires ꝓprie valde decrescūt: ꝛ tunc sunt eoꝝ cōplexiōes signorūʒ i q̄bus fuerit ꝯplexiōi ꝯtrarie. Quapp̄ fiet ex hoc opus ex duabus naturis collectum.

¶ Et si fuerit iuenti i locis peregrinis i haiʒ ꝯtrario suo: debilitat᷑ ml'tuʒ virt⁹ eoꝝ et fit sua complexio ꝯtraria cōplexiōi signoꝝ i qbus morāt᷑ ꝛ op⁹ ꝯpositū opant᷑ duab⁹ naturis diuersis.

¶ Uirtutes planetarū debilitant᷑ cū i locis fuerint peregrinis cum qbus non habeāt concordātiam p essentiaʒ nec p accidēs. ꝛ quādo ita sunt opus suuʒ imitatur nāle: ꝛ fit cōpositū ſm cōmixtionē v̄tutū: ꝛ hoc idem ē iter planetas. s. vnum ꝛ alium. nā planete habent loca in quibus fortificātur ꝛ in qbus debilitantur: et in quibus sunt fortunati. Loca eni i qbus fortificātur: sūt quādo sūt septētrionales: aut ad suos angulos ascēdentes vel exeuntes de sub radijs solis: aut quādo sepatantur ab infortuna ꝛ applicantur fortune: vel q̄ sint i angulis aut i succedētibus: vl' q̄ sint tres superiores orientales a sole: et venus ꝛ mercurius occidētales: aut q̄ masculi sint in quartis masculinis: et feminini in quartis femininis: aut q̄ sint festini motus et aucti lumie aut numero: aut q̄ sint in aliqua dignitatum suarum vel i suo gaudio: aut in ariete vl' in tauro: siue cum capite draconis: aut in dobus gradibus qui dicti sunt fortune: vel q̄ se aspiciant cum fortunis aut q̄ sint i gradib⁹ lucidis: vel q̄ separent᷑ a fortuna ꝛ applicent fortune. aut q̄ sint in bono aspectu solis vel lune. ea existente fortunata. loca vero i qbus debilitantur sunt cōtraria eis i qbus fortunantur. vbi gr̄a. q̄ sint intrātes sub radijs solis vl' iuncti cū infortunis: aut i malo statu eaꝝ: vel q̄ separent᷑ a fortuna et applicēt infortune: aut q̄ sint i opposito dignitatū suarū vel q̄ sint in via cōbusta. et hoc est a. 19. gradu libre: vsq̄ʒ ad tertium gradum scorpionis: aut q̄ sint cū cauda dracōis aut silib⁹

¶ Uolumus at loq̄ de capite draconis ⁊ cauda: huc usq̄ nō accidit nobis loq̄ de hoc. Dico q̄ planete fortificant̄ quando sūt ī septētriōe: et debilitant̄ cū sūt ī meridie. sapientes antiq̄ posuerūt nouē pūctis ī qb⁹ īcidūt̄ circli pl'taꝝ cū circlo sol' caput ⁊ cauda. capita sūt pūcti ī q̄bꝯ discedūt pl'e a circlo sol' et vadūt versus septentrionē. ⁊ caude sūt pūcti ī q̄bꝯ discedūt ⁊ vadūt v̄sus meridiē. Et q̄ luna ē manifestioris opis ⁊ enim circulus inclinat̄ ad pūctū ī quo īcidit̄ cū circulo solis: qualibꝫ die mutat̄: ꝯuenit vt ei⁹ caput ⁊ cauda op⁹ habeāt manifesti⁹ q̄ȝ sit illud alioꝝ pl'taꝝ. et pp̄ hoc dixerūt q̄ caput hꝫ vī siue nāꝫ augēdi. q̄m auget planete vī maiorem: ⁊ cauda hꝫ minuēdi nām: q̄ planete fiūt mīoris virtutis qn̄ descēdūt versus meridiem. Et aliq̄ dixerunt q̄ caput hꝫ nām fortune: et cauda infortune: et in alio gdē toto quod diximus scita est ratio ꝓpter quā est.

¶ In alictisal. i. cōtinuatōe ⁊ alnisigref. i. separatiōe: ⁊ in alijs fortitudinibus. XXIIII.



Hiius capl'i gn̄ale est verbū: q̄ pl'e q̄ p̄cedūt ⁊ q̄ aliorū petūt cōiūctionē sint ī coꝝ alictisal: nisi grādis sit īter eos lōgitudo q̄ duab⁹ medietatib⁹ corpoꝝ duoꝝ pl'taꝝ maior existat si fuerit alictisal ex cōiunctione vel ex dictarum figurarum aliqua.

¶ Ea q̄ capl'o isto cōueniūt nos dicere: sūt: q̄ cū pl'te vadūt vt alijs appropinquēt dr̄ applicatio eorū: nisi ab eis multū fuerit elōgati trāseundo medietatē corporū duoꝝ pl'taꝝ siue sit applicatio corꝑalis siue per figurā aliaꝝ p̄dictaꝝ.

¶ Planeta leuis est q̄ applicat ⁊ vī donat. et pōderosus ille q̄ vim recipit: et applicatio erit qn̄ erit īter eos minus medietate corpoꝝ suorum leui ad pōderosū eūte. ⁊ cū secum equalis fuerit ī gradibus et minutis applicatio ē ꝯpleta: ⁊ cū ī pl'ib⁹ gradibus fuerit ē separat⁹ ab eo. Hec v̄o sūt planetarū cōpora: sol. 15. gradus an̄ ⁊. 15. retro. luna. 12. an̄: ⁊. 12. retro. saturn⁹ ⁊ iuppiter. 9. ante ⁊. 9. retro. mars. 8. ante ⁊. 8. retro. venus et mercuri⁹ vterq̄ȝ. 7. ante ⁊. 7. retro. Hec .n. est opinio vniuersitatis astrologoꝝ. Ptho. tamen tenet q̄ sit alio mō ꝭm q̄ ī verbis suis apparet. nā tenet q̄ totū corpus solis āte et retro sit. 17. gra. ⁊ lūe. 12. et medi⁹ ⁊ saturni. 10. et iouis. 12. martis. 7. ⁊ medi⁹. venc. 8. merc. 7. Et tꝫ q̄ qn̄ fuerit īter vnū planetā et aliū siue ꝑ corporalē ꝯiunctionē siue per aspectū q̄ȝtū est medietas sui corporis q̄ applicet ei. figure nanq̄ȝ quas dixit sūt q̄tuor aspectus: et q̄ sint a quatuor punctis tropicoꝝ equaliter elōgati.

¶ Propter qd̄ vtile ē in ictisal cōiūctōis eorū latitudinem cōsiderare. Sil'r ēt valet in alnisigref cōiunctionis coꝝ latitudinē cōsiderare.

¶ Et ꝓpter hoc magnū ē ꝓficuū ī applicatione coniunctionali latitudinem aspicere planetarū et similiter in separatione coniunctōis.

¶ Cōuenit vt in ꝯiūctione aspiciat̄ ad planetas se cōiungētes. et si fuerit ī latitudīe vni⁹ medietas suorū corporū erit applicatio: et si magis non erit.

¶ In alictisal aūt ceteraꝝ figuraꝝ h̄ obseruat̄ superuacaneuꝫ ē: eo q̄ oēs coꝝ radij vsq̄ȝ ad terre dimidiū semper extenduntur: ibiq̄ꝫ ex omni parte coniunguntur.

¶ In alijs vero applicatōibus q̄ sūt per figuras quas diximus īspicere latitudinē superfluitas ē q̄m oēs sui radij applicant semper admodū terre: ⁊ ab omnibus partibus cōiunguntur.

¶ Inspicē latitudines planetaꝝ: qn̄. s. vnus applicat alij ꝑ figuras p̄dictas: res est q̄ nō ꝓficit. et hoc manifestū ē: q̄m v̄tutes applicāt ꝑ rectas lieas a q̄libet ꝑte terre: ⁊ ibi cōiungunt̄: et fit vna cōmixtio diuersa ꝑ se cuiuslibet eorum. Et ptbole. ponit quēlibet punctum terre ꝭm: terram totā: q̄m tota terra ē ꝭꝫ punctū respectu spherarū planetaꝝ. nā hec est opinio ptholemei.

¶ Manifestuꝫ ē ēt ex premissis q̄ oīuꝫ planetarum vires inuestigāde sunt ex eoꝝ naturis proprijs ⁊ ex signis: nec nō ex figuris quas hn̄t ī collatiōe solis: āguli quoq̄ꝫ ꝭꝫ hoꝝ oīum p̄dictum moduꝫ. In hoꝝ āt viriū q̄ȝtitate scire debemus q̄ cuꝫ fuerit oriētales ⁊ eoꝝ motus ꝓprius augmentabit̄: erunt q̄ȝ fortes esse poterunt. Cunq̄ꝫ minuet̄ eoꝝ motus occidētalesq̄ȝ fuerit: erunt debiles q̄ȝtum esse quibunt.

¶ De leui scire possum⁹ per ea q̄ dixim⁹ ī hoc libro: q̄ nos īspicere cōuenit ad pl'aꝝ virtuteꝫ nature ꝓprie ac signoruꝫ ī q̄bus morāt̄: ac figurarum q̄s hn̄t respectu solis: et anguloꝝ ꝭm q̄ locuti sumus ī oīb⁹ reb⁹ istis. ⁊ cōuenit vt sciam⁹ q̄ȝtitatē sue virtutis: qn̄ fuerit oriētales ⁊ aucti ī motu ꝓprio. nā tūc erunt maioris virtutis q̄ȝ eē possint. ⁊ quando fuerit minuti motu ⁊ occidētales erunt debilioris virrutis.

¶ Si ante patefactū ē nobis ven⁹ ⁊ mercuri⁹ cum fuerint occidentales ⁊ aucti motu sūt fortiores q̄ȝ cū oriētales fuerint aucti motu. Ptho. āt tꝫ q̄ oēs pl'e sunt maioris v̄tutis qn̄ sūt oriētales: q̄ȝ qn̄ sūt occdiētales: q̄m ei⁹ v̄t⁹ sup terraꝫ apparet anteq̄ȝ virtus solis. vl'r aūt dico q̄ status planetarum respectu solis sūt isti. saturnus: iuppiter: mars qn̄ exeunt de sub radijs sūt oriētales aucti v̄tute donec elōgātur a sole. 30. gradus. et postea sūt oriētales v̄tute ꝯpleti donec ꝑueniūt ad gradus. 60. postmodū sūt oriētales eūtes debilitando se donec sūt ī statōe p̄ma retrogadari volētes ⁊ durabūt oriētales debiles donec sint ī opposito solis: postmodum redibūt eē oriētales retrogradi aucti virtute donec sint directi q̄ erūt occidentales cōpleti v̄tute donec erūt ī sextili solis. postea durabūt occidētales eūtes debilitādo se donec erūt circa solē. 30. gradus. postmodū erūt occidētales debilitate ꝯpleti donec erūt ꝯbusti. Uenus ⁊ mercurius postq̄ȝ separāt̄ a sole et sūt retrogradi dicūt̄ oriētales debiles donec elōgantur a sole. 7. grad⁹ et mediū. ⁊ postea erūt oriētales aucti v̄tute dōec sint directi. postmodū erūt oriētales v̄tute cōpleti donec intrēt sub radijs. et quādo ingrediunt̄ sub radijs erūt oriētales debiles donec sint ī vno pūcto cū sole. et quādo sūt ī vno minuto seu pūcto cū sole: vl' q̄ sit īter eos minus. 16. minutis dr̄ ꝫanū. Et ꝭꝫ hāc regulā ī oībus alijs te īspicere oꝫ. nā hoc totū ē ꝭm opionē cōitatis astrologoꝝ. Et tu hoc adiūgas ei qd̄ dicit ptho. et iudica ꝭꝫ sensū tuū. postmodū erūt occidētales d̄biles donec elōgant̄ a sole. 7. gra. et dimidiū. postea erūt occidētales fortes donec retrogradent̄: ⁊ tūc erūt occidētales d̄biles: et dicit̄ planeta qn̄ exit de sub radijs: et alij nō applicꝫ q̄ ē ī luce sua: et dicit̄ pl'a q̄ sit lōgiquus ab applicatiōe qn̄ alij nō applicat exn̄ti ī illo signo dōec trāseat duos terminos: et dr̄ planeta q̄ ē siluester qn̄ ī toto ip̄o signo alij

fortitudo planetarum in epiciclis

nō applicat:et cū planeta sub radijs īgreditur dicit̄ cōbu stus donec exeat ꝺ sub radijs.

¶ Idē ēt eis ꝯtigit ſm suoꝝ orizōtiū qualitatē. Nā cū i celi medio fuerit vl̄ cū ad celi medium ascēderit:erūt fortissimi:gradati āt a fortitudie declināt ſm eoꝝ a celi medio remotionē. Cū.n. i ipo oriētali pūcto orizōtis extiterit non erūt ita fortes:i occidentali vero minus.

¶ Dicemꝰ ēt q̄ñ sūt valde fortes.hoc ē q̄ñ sūt in io.vel.ii. Et seq̄t hoc i virtute q̄ñ sūt i ipa orizōta ꝛ maxime in orientali.

¶ Uult dicere ꝙ q̄ñ sūt i ascēdēte aut occidēte:vl̄ i.ii. ꝙ se quūt̄ eos q sūt i.io.ṽtute.ꝛ magis ille q ē i ascēdēte q̄ꝫ q est i occidēte.sic ille q i.io.ē maioris ṽtutis q̄ꝫ q ē in.ii.

¶ Cũ cõmiserit vel pulsauerit dñs ascẽdẽtis domino sc̃d̃e dispositionẽ ex eẽ laudabili cõsumet vl' expẽdet villicus vel p̃fectus mltũ: Si vero fuerit ex illaudabili amittet. Cũq₃ cõmiserit domius sc̃d̃e dño ascẽdẽtis dispositionẽ lucrabit̃. Qð si fuerit ex eẽ laudabili: erit ex propria volũtate ppl̃i. Si vero ex illaudabili erit cõtra velle populi ⁊ cum eius ira.

¶ Ptho. ponit ascẽdẽs ⁊ secũdũ i p̃misso verbo ppl'o: ⁊ eius substãtie. Et i hoc docet nos sigificationẽ eorũ. s. ascẽdentis ⁊ secũdi sup p̃fectionẽ: ⁊ ei⁹ substãtiã: vñ adducũt i errorẽ illos qb⁹ occulta ẽ scia nãrũ: ⁊ ascẽdẽs itronizatiõis prefecti sigificat ip̃m p̃fectũ. Sc̃d̃a vero sigificat ppl'm: ⁊ eius substãtiã: ⁊ oẽ cui p̃est priceps: Et nõ ẽ aliqua dubietas: si fuerit mars domin⁹ ascẽdẽtis cũ p'te nõ ifortunẽt dignitates suas qui disp̃gat ⁊ ipediat gcquid ẽ i secũda ex reb⁹ aliorũ ⁊ saluabit qð ẽ ascẽdẽtis: cui ip̃e p̃est: ⁊ hoc mõ soluitur error: qui hẽtur ex verbo p̃misso. Qð vero iquit i hoc verbo: Notũ ẽ. qꝛ cõmissio dispõnis dñi ascẽdẽtis dño secũde ex eẽ laudabili: ⁊ ẽ vt eat ad cõiũctionez suã: ex sextili vel trio aspectu sigificat ꝙ p̃fect⁹ expẽdet multũ ex ꝓpria volũtate. Sed si fuerit cõiũctio ex eẽ illaudabili: hoc ẽ ex q̃rto aspectu vel opposito sigificabit amissionẽ nõ ex ꝓpria volũtate. Cũq₃ dñs secũde iuerit ad cõiunctionẽ domini ascẽdentis ex sextili vel trio aspectu lucrabit̃ bono aĩo illorũ a quib⁹ suscipit. Qð si cõiũct⁹ fuerit dñs secũdi cũ dño ascẽdẽtis ex quarto vel opposito sic lucrabit̃ ex raptu contra donãtiũ velle qꝛ ꝑ vi.

¶ Uerbum. 86. in quattuor planetis per quos fit incremẽtum ⁊ destructio ⁊ tribus per quos habent mores indiuiduorum.

¶ Sol est origo virtutis vital' q̃ ẽ cordis. Luna ẽ origo virtutis nãlis epatis. Saturnus origo virtutis receptiue. Juppiter virtutis crescẽtis: ⁊ vegetãtis. Mercurius virtutis imaginãtis fãtastice: ⁊ cogitãtis. Mars virtutis irascibilis: ⁊ attractiue. Uenus virtutis cõcupiscibilis: ⁊ appetitiue. Jð Mercurius Mars ⁊ Uenus i natiuitate significant mores nati ⁊ magisteria.

¶ Philosophi conuenerunt in hoc quod indiuidua suscipientia effectum et destructionem: sunt rami harum radicũ vel secundum quantitatem operationis eorum in fortitudine ⁊ debilitate vel operatione. vt indiuidua rami: terre: ⁊ aque: ignis quoq₃ ⁊ aeris. Et incrementum horuz indiuiduorum: ⁊ detrimentum fit ex virtutibus illorum secundum eorum commixtionem in fortitudine. Mores quippe omnes qui sunt: largitas: auaritia: veritas mẽdaciũ: fidelitas: ⁊ infidelitas: ⁊ his similia fiũt ex cõmixtione morum horum trium. Ex esse horum triũ planetarum martis: veneris: ⁊ mercurij. Et similiter magisteria. Et iaz cõmemorauimus hoc totuz sufficienter in alio libro extra: hunc. Intentio capituli ẽ: qꝛ ꝑ q̃tuor planetas. s. solem: ⁊ lunam: saturnum: ⁊ iouem: fit incrementum ⁊ destructio oĩs indiuidui aĩalis. ⁊ per tres reliquos planetas: s. per martẽ: venerem: ⁊ mercurium: habẽtur mores nati.

¶ Uerbũ. 87. i disiõe mẽsiũ ⁊ reuolutõe ãni vsq₃ ad ascñs.

¶ Tẽpus mutatõis signoꝝ i reuolutõe ex parte signi p̃fectionis sunt. xxviij. dies. ⁊ due hore: ⁊ xviij. minuta vni⁹ hore fere. Ex p̃te autẽ ascendẽtis emisperio. s. in oriente. xxviij. dies: ⁊ qnta diei fere: mensis vero solaris est a mutatione solis de gradu in quo fuerit natiuitas i gradũ sibi consimilem in signo altero.

¶ Uult oñdere nobis hoc: quot dies: notãdũ ẽ ꝙ signoruz p̃sit ab ascẽdente p̃fectionis: ⁊ ab ascendente obs'uato ad reuolutionem. Et que sũt pũcta gradus solis in alijs mensibus solaribus ꝓpe v'itatẽ. ⁊ ꝙ signũ i quo cepit annus solaris: quẽ. s. reuoluim⁹ i ascẽdente: erit sc̃d̃z ab illo. i quo incepit annus transactus. Et est vt dirigam⁹ ab initio signi vsq₃ ad finẽ eiusdẽ: ⁊ cõplebũt̃ i ãno solari. i3. signa in qb⁹ mutabit̃ nat⁹: ⁊ significabit̃ eẽ illi⁹. Cũ ergo diuiserim⁹. 365. dies ⁊ quartã diei ꝑ. i3. signa exibũt. 28. dies ⁊. 2. hore: ⁊. 18. mĩa vni⁹ hore fere: 2ª min⁹. ⁊ hoc est tp̃s i quo morabit̃ p̃fectio i vno quoq₃ signo: donec moueṫ ab illo ad signuz qð succedit illð: ⁊ dicit̃ mẽsis p̃fectionis. Qꝛ aũt ex p̃te ascendẽtis est hora reuolutõis eius est. Qm̃ annus qui est ex. 368. diebus ⁊ quartã diei fere: cũ distributus fuerit ꝑ. i3. signa: ⁊ decimã vnius signi fere: a minuto ascẽdentis obs'uato i reuolutione vsq₃ ad ascendens in quo incepit annus sequẽs. Accident vnicuiq₃ signo. 28. dies ⁊ qnta diei fere. Tẽpora quidem mensis solaris sunt diuersa. Et sunt ab ingressu solis i minutũ i quo fuerit hora natiuitatis: vsq₃ quo p̃ueniat ad simile illi i sc̃d̃o signo ab illo. ⁊ vniuscuiusq₃ istaꝝ partiũ ꝓprietatẽ patefecim⁹ iã i libris nostris iudiciorum.

¶ Uerbũ. 88. i directõe p̃tis fortũe i annoꝝ reuolutiõe.

¶ Cũ voluerimus dirigere partẽ fortũe i aliquo annorũ reuolutõis: accipiem⁹ a loco solis in locũ lune in natiuitate: ⁊ proijciem⁹ a gradu ascẽdente anni reuolutionis.

¶ Ptho. eiusdẽ verbi sciam collegit i hoc verbo: ita ꝙ non oz nos gcq₃ addere i suo verbo. Jã ẽt commemorauit hoc dorothius: ⁊ vocauit eã p̃tẽ lũe. Uñ rep̃hendũt eũ quidaz: ignorãtes ei⁹ itentõez. Sz ħ ẽ dirigere p̃tẽ fortũe i anno reuolutionis ad fortunas ⁊ ifortunas: necnõ ad eoꝝ radios.

¶ Uerbum. 89. de inuentione domus patruorum ⁊ dom⁹ filiorum ⁊ fratrum.

¶ Esse aui a. vij. ⁊ esse patruorum a. vi. ⁊ hoc modo in ceteris.

¶ Intendit cum quarta sit domus patruz: ⁊ est septima domus auorum: tertia vero cũ sit dom⁹ fratruz: erit tertia domus a domo fratrum: que est sexta domus patruorum: ⁊ similiter significabit filios fratum. 7. quia est quinta dom⁹ a domo fratrum.

¶ Uerbum. 90. in cognitione sub̃e rei occulte.

¶ Cum aspexerit significator ascendens: erit genus rei occulte ex substantia ascendentis. Si vero nõ aspexerit ascendens: erit genus ex substantia loci significatoris: ⁊ dñs hore significabit co

lorẽ rei. Locus autem lune significabit temp⁹ eius hoc est si fuerit super terram: erit nouum: si vero sub terra vetus. A domino quidem partis fortune significabitur tibi longitudo ipsius ꝛ breuitas. A domino vero termĩ gradus quarte domus. ꝛ a domino termini gradus mediĩ celi ab illo scilicet eorum qui fuerit ĩ angulo. ꝛ domino termini lune natura rei.

Significator quẽ ĩtẽdit ptho. nõ ẽ lũa: nec ille qui pfuerit ascẽdẽti tãtũ: Sed plãta cui iũgẽtur fortitudĩes dignitatũ ĩ ascẽdẽte ꝛ ĩ locis lũinariũ ꝛ fuerit vacu⁹ cursu .i. nlli iunct⁹: Et nõ cõmiserit dispositionẽ suã alteri: Qd si forte ille qui pfuerit ascẽdẽti: ꝛ locis alijs q̃ enũerauerim⁹: iũgatur alteri: ꝛ ille iteꝝ alteri. Et ille ad quẽ pueñit cõiũctio vltima: nõ cõiũget alteri erit sigĩficator postquã ĩuenerit eũ ĩ sigĩficatõe fortitudo loci sui: ꝛ fortitudo ẽt ĩ semetipsis. Sen⁹ ẽt substãtie ascẽdẽtis si fuerit terreũ: erit res occulta terrea. vel nascẽs de terra. Et erit aquatica: vel ex mari si aq̃ticũ fuerit. et factũ erit p ignẽ: si fuerit igneũ. simil'r locus significatoris: Domin⁹ ãt hore: Per horã ĩtẽdit tpa q̃ sunt 12. ĩ die ꝛ totidẽ ĩ nocte oĩ die ãni. Uidit etiã ptho: q cũ luna fuerit sup terrã erit nouũ: ꝛ cũ sub terra vet⁹. Alij nõ suspicati sũt q cũ fuerit sigĩficator oriẽtalis erit nouũ: ꝛ cũ fuerit occidẽtalis erit vet⁹: ꝛ ẽm hũc modũ q erit iter hec loca plãeta qui nõ iũgit alteri: sed alter iũgitur ei erit significator. Sigĩficatio ĩ longo ꝛ breui. Logt ex hoc q aliquis accepit vt si accepit aliqd cui⁹ ptes sũt breues ꝛ clauserit ĩ manu ex vitalibus: vt partẽ corticis auelane: quorũ vnũ ẽ lõgũ aliud breue: Ubi dixit ptho. de termis dixit de suis ꝛ nõ de alijs. Et eius nã ẽ qd significat ei⁹ actio: vel passio est cũ fuerit siccum vel humidũ.

Additio.

Uel significatio. sup lõgitudĩe ꝛ breuitate eius nõ vicit nisi haiz. Alid ĩ lõgitudĩe ꝛ breuitate sua: de quo accipit illa ps sicut cũ illud qd accipit sit portio parua quã capiat alma ex aiali aũt palma corticis auelane. Et hec est lõga: ꝛ hẽ curta ꝛ dñi termi: vult termĩos ptho. ꝛ nõ alios. ꝛ nãm ei⁹ semp significat actio vel passio: sicut cum fuerit durũ aut leue in alio molle.

Uerbũ. 91. egrotãtis sup peiorẽ significationẽ eius.

Detestabilius in significatione egrotantis ẽ vt sit significator interrogationis ingrediẽs sub radios: vel vt sit ps fortũe ĩfortunata.

Cũ pficient ĩ sigĩficatore q̃ diximus ĩ pcedẽti cap. perit eẽ egrotãtis. s. q sit dñs ascẽdẽtis ꝛ domin⁹ locorũ lũinarium ꝛ sol⁹. s. vacu⁹ cursu vt dictũ ẽ ĩ pcedẽti cap. Cũq3 volu erit cõburi mutatur ad amissionẽ opis vel actiõis ꝛ destructionẽ: Pars vero fortũe cũ ĩfortũata fuerit destruet vitã et nõ destruit vita alicui⁹ nec amittit actões suas nisi qui preparatur ad morteʒ.

Uerbũ. 92. de minutiõe ĩpedimẽti malorũ in suo haiz.

Saturnus orientalis egrotantes: mars vero occidentalis egrotantes minus impedit. ꝛ hoc modo erit augmentum psperitatis iouis ꝛ: veneris in setemptrione et meridie.

Intẽdit q ĩpedimẽta malorũ minuũtur ĩ suo haiz. Et psperitates fortũaꝝ augẽt ĩ pte sua. Et hi q̃ttuor plãte hñt q̃ttuor ptes. Oriẽs ẽ saturni: occñs martis: ve⁹ hʒ meridiẽ iuppr septẽtrionẽ: Cũ ĩuenerim⁹ plãtã haꝝ priũ ĩ ascẽdẽte egrotãtis ĩ illa parte: vel in loco alio cui preest: minuet malum de impedimento suo ꝛ augebit fortunam ꝛ prosperitatem sui esse: mars minuit malitiam: cum est occidentalis: saturnus vero cum est orientalis.

Uerbũ. 93. vt obseruemus primã cõiunctionẽ regũ. deinde eẽ piũctõis ꝛ cõferre simul ne errem⁹ ĩ iudicio.

Non presumas assimilare figuras añ sciaʒ assimilationis positorũ: qꝛ regna .i. significatiões regnorũ mutantur vl' variant in omni coniũctione: ꝛ cum certificaueris ordines: dabis regi ꝛ illis quibus preest: qd debetur illis in vno quoq3 tẽpore: ꝛ saluus eris ab errore.

Intẽdit q cũ plres astrologi erãt ĩ collatõe eẽ regũ: ꝛ solis solũmodo eẽ diuitũ ꝛ nobilium. Per iouem tm: ꝛ per alias stellas erraticas in collatione malorũ: significabant alterationem regum ẽm alterationem figurarum vel fortunarũ illorum planetarũ. Premittunt quoq3 mutationeʒ rei. s. q̃ fit p aliquẽ planetaʒ vnũ post aliuʒ: ꝛ opari ptermittebant ẽm naturã ipsius. Cuius rei exemplũ: q mutatũ ẽ regnum ad martẽ: alterabitur itaq3 esse regni in tpe ipi⁹ ẽm alterationẽ eius: ꝛ mutatũ est opus solis vl' diminutũ: ꝛ qcqd ab alijs signatũ est ĩ esse regũ pter martẽ. Incitauit itaq3 nos ptho. vt obseruem⁹ regna. i. q nos debem⁹ obseruare pmã cõiunctionẽ q̃ significauit regnũ: deinde oẽm cõiunctionẽ ꝛ conferre vel assimilare sil': ꝛ sic non errabim⁹. ꝛ ea p q̃ surrexit. i. planetas. p quos surrexit regnũ: necnõ ꝛ illa quibus pest rex: ꝛ qui elegerunt. s. ciues: vt sollicitemur ĩ obseruatione motuũ eoꝝ. s. ciuiũ. ꝛ in oppõne vniuscuiusq3 rei. s. stelle in loco suo. s. in figura coniũctionis: qꝛ astrologus qui hoc postposuerit: errabit ĩ iudicio: eo q nõ pfert ẽm q ẽ via. Et nõ q phyci vocãt eẽ regũ figuras vl' formas. In collatiõe esse regũ iudicant esse regis per solẽ solũmodo. ꝛ esse diuitum per iouem ꝛ alias stellas. Et ẽm q sol ꝛ alie stelle mutantur in signis ꝛ locis diuersis ita iudicabant. Et in h̃ erat error: qm ptermittebant mutationẽ regis ꝛ regni que fit in qualibet cõiunctione. Naʒ reges mutantur ẽm nãm signi decimi ꝛ eius domini: ꝛ eẽ diuitũ in qualibet cõiunctione.

Uerbũ. 94. in loco qui significat qd ẽ ĩ aĩa ĩterrogãtis.

Locus fortior significatoris ĩ interrogatiõe: significabit qd est ĩ animo interrogantis.

Significator interrogantis est ille quẽ pdixim⁹ ĩ. 90. verbo. ꝛ locus in quo est de interrogatõe: est id qd in ei⁹ aĩo. Ut si fuerit in domo regia: querit de regno. Si vero in domo itineris de itinere: ꝛ sic de ceteris domib⁹.

Uerbum. 95. ĩ significationibus figurarum vel fortunarum in faciebus signorum cõmorantium.

Forme semper accidunt vt id quod ascendit ex gradu: simile sit ei quod appetet natus. Et similiter id quod ascendit in omni facie: haruʒ figurarum vel formarum simile est operi eius in alio. Et iam exposuimus hoc in alio loco: scilicet in. xl. verbo.

Figure vl' forme q̃ ascedũt cũ facieb⁹: scripte sũt in libro dargenẽ. Et indi cõmendãt eas ꝛ alijs iudicijs preferunt. Ego qppe vidi quosdã q̃ iudicabãt p illas ĩ his q̃ accidunt nato. Et noui etiã quendã cui⁹ natiuitatis ascendens fuit pma facies arietis. Et plres significatores ei⁹ in terminis saturni. Erantq3 ipsius indumẽta splendida ꝛ mũda hñ redolẽtia: ꝛ ipe splẽdide viuebat. Accidit aũt q vna die cũ sederẽ cũ eo: erat. n. mihi familiaris: dixi ei sic: hec qdẽ ĩdumẽta pria sũt significatorib⁹ tuis. Et ille ait qcqd vides ego facio per oculos hoĩuʒ. ꝛ si denudarẽ tibi desideriũ meũ addiscere es: qꝛ valde nitor p volũtatẽ aĩ mei: ꝛ q sũ ĩ maximo labore. ꝛ ego dixi ꝛ ostendi ei. Nullũ ẽ dedec⁹ id opari qd ei⁹ nã exigit. Sʒ tũc ẽ maximũ dedec⁹: cũ mala psuetudo nãʒ superat. Et ipe mihi dixit: Nil. n. ago qd ĩ meo sedet aĩo. Nũc

quidē appeto vt amplectar nigrā aliquā vel aliquē nigruʒ cum quo forem inuolutus in gualagna alba de pilis hircinis.ſ.albis texta: ⁊ hoc ꝑ arietē: et vt iacerē cū eo ꝑ noctē. ſcit tñ ds qꝛ ſemper abhorrui coitū virilē. Et lʒ hoc appetam nolo tñ reuelare volūtatē mei animi propter milites meos ⁊ hoīes circūſtantes.⁊ hoc ꝓbant dicta indorū. Qꝛ i pⁱma facie arietis aſcēdūt q̄dā:quoꝝ vnꝰ ē vir niger inuolutus guadagna alba allegiſſe:vł iuuenes. vidi quoqꝫ q̄ꝫplura in fortitudine ſignificatorum iſtorū:quorūʒ commemoratio ꝓlixa eſſet in hoc libro noſtro.

¶ Uerbum.96.in quibus terris vel locis cadunt retrogradatio vel planetaruʒ directio:⁊ effectus eclipſis: ⁊ in q̄bus natiuitatibus vel reuolutionibus ⁊ in ſigno ſuper p̄dictis.

¶ Loca in quibus cadunt effectus vel oꝑa eclipſis:vel ſigna:vel ſignificationes planetarum ⁊ ſtationuʒ. Inceptionis quoqꝫ retrogradationis ⁊ directionis;ſunt anguli propinquiores locis eclipſis:vel qui ſunt circa loca eclipſis in natiuitatibus ⁊ reuolutionibus hominum ⁊ vrbiū quas ſignificant ⁊ anguli que ſub ipſis angulis edificate ſūt. Et natura in qua oꝑabit̄:erit ſc̄dʒ locū eclipſis: qđ expoſitum eſt in ſeptimo capitulo ſecūdi libri alabra. Et ſc̄dm indictioneʒ figure ſtellarum. Et ſc̄dm naturam illius que fiunt in ſigno eclipſis ex ſtellis erraticis. Quantitas vero ipſius: q ſtellarum fixaruʒ ſc̄dm quātitatē eclipſis in luminaribus. Et hoc modo loquere ſuper hec que apparent tibi de bono vel malo. Item loca in quibus ⁊c. hoc expoſitum eſt in q̄nto capitulo ſecundi libri alabra.

¶ Hoc verbum eſt valde abbreuiatū ⁊ obſcuruʒ cōplectēs ſcientie iudicioꝝ partē. Et hoc eſt quod in mūdo fuerit effectus eclipſis cuiuſlibet luminaris:⁊ ſtationū aliaruʒ ſtellaruʒ erraticarū:⁊ inceptionū retrogradationū earū.ſ.que fiunt almudhebir in hora eclipſis: ⁊ directionuʒ. Loca vero in quibus cadunt iſti effectus ſunt ſʒ q ſignificat angulus qui eſt circa eclipſim:ſcilicet ex climatibꝰ ⁊ regionibus Et ciuitates ſuper quas ſignificat ſignum illius anguli in quo fuit illa edificatio.ſ.earuʒ. Et illud quod ſignificat ille angulus ſuper natos illius ſigni in natiuitatibus hominuʒ vel eoruʒ reuolutionibus:ideſt.ſuper natos in quorum annis reuolutionum: angulus ille fuerit aſcēdēs: ⁊ id in quo cadet impedimentū vel ꝓſperitas erit ſm locū eclypſis: ⁊ impedimētū ſtellarū fixarū:figurarū eius qui eſt in ſigno eclipſis Qꝛ ſi fuerit eclipſis luminaris multa.ſ.q multuʒ obſcuretur de eo:apparebit opus eius multū. Et ſi modica modicū. Proſperitas vero ⁊ impedimentuʒ erit ſm illum planetam qui p̄fuerit angulo gradui ſtationis:vł retrogradationis:aut directionis.ſ.triū ſuperiorū fortuna fuerit vł infortuna. Itē loca in quibus cadunt ⁊c̄. Senſus eſt: q effectus eclipſis ⁊ planetarū qui ſūt in ſtationibus:⁊ q̄ īcipiunt retrogradari ⁊ dirigi in eclipſibꝰ:cadūt in hoībus ⁊ reuolutionibꝰ hominū ⁊ vrbiū:quoruʒ hominū: ⁊ quaruʒ reuolutionuʒ:⁊ edificationū:ſigna que ſunt circa eclipſim fuerūt aſcēdētia:⁊ maxime in ciuitatibꝰ que ſūt de triplicitate eorum.ſ.angulus qui eſt propinq̄or eclipſi. Et etiā poteſt dici q ipſe effectus erit in ea parte mūdi cū eſt ꝓprior angulus: vt ſi fuerit in angulo orientis:erit in ciuitatibꝰ: quas ſignificant in oriente:⁊ ita ītellige in angulis medÿ celi:⁊ occidentis. Sed in q̄nto capitulo ſecūdi libri alabra dixit Ptho. q effectus eclipſis eſſet in ciuitatibus: que ſūt de triplicitate ſigni eclipſis:vel que fuerūt fundate in ipſo. Et in hoc libro addidit q ſilr erit ille effectꝰ in ciuitatibꝰ ⁊ ī hoībꝰ q̄ fuerūt ſub ſigno anguli q̄ erat proprior eclipſi. Et hoc ideo: qꝛ planeta q̄ habuerit plures dignitates in ſigno eclipſis ⁊ ī ſigno illius:erit almudhebir. Et effectus totius eclipſis erit ſʒ naturā almudhebir:ſm q fuerit directꝰ vel retrogradus vel ſtationarius. Sed ille effectus eueniet maxime in illis qui ſūt de natura ſigni eclipſis:⁊ ſtellarū fixaruʒ que ſunt in eo vel q̄bus īduit̄ eclipſis:ideſt de natura planete qui eſt in ſigno eclipſis:⁊ hoc eſt qđ ipē dicit hic:⁊ in alio capitulo ſecūdi libri alabra. Et cetera leuia ſunt.

¶ Uerbum.97.in patefactione rei occulte per dominuʒ cōiunctionis vel preuentionis habentē plures partes in aſcēdente.

¶ Dominus cōiunctionis vel preuētionis:cum fuerit in angulo rei queſite:perficietur res. Et ſimiliter id quod volumus durabile vel ſtabile ꝑmanere. Cūqꝫ ſe occultauerit q̄ſpiā: ⁊ ipſe in angulo medÿ celi fuerit:apparebit occultās.

¶ Dominus coniūctionis vel preuentionis eſt planeta habens plures partes in aſcendente coniūctionis vel preuentionis.ſ.cuʒ illis:⁊ in gradu eius: ⁊ ipſe reuoluit̄ cuʒ effectu humano. Et iam patefeci hoc in verbo.65.⁊ ex ipſius natura eſt vt occulta detegat:⁊ alleuiet difficilia. Ob hoc cū fuerit in medio celi occultationis alicuius rei: apparebit qđ eſt occultuʒ.

¶ Uerbum.97.in domino anguli anni aſcendentis: ⁊ quartaruʒ menſiuʒ:⁊ ſignificatione ſuper ſementa:⁊ fructus: et precium eorum.

¶ Dominus anguli coniūctionis ⁊ preuētionis necnō ⁊ quartarū anni:cum fuerit fortis erit corū eſſe qđ ſignificat.ſ.ſi fuerit in angulis vel in ſuccedentibus. Et cum debilis fuerit:erit vile: ſcilicet in cadentibus. Et ſimiliter cum fuerit velox curſu vel tardus.

¶ Omnes anguli aſcendentis anni ⁊ quartaruʒ menſium de ſtellis erraticis eſt ille qui plures partes habuerit.ſ. in illis locis. Quoniam quomodo Ptholo. loq̄tur de domino coniūctionis vel preuētionis:⁊ ego expono de domino q̄rtarū anni. Tu ergo cōmiſce ſm hoc ⁊ indica. Et vnicuiqꝫ illorum eſt ſignificatio ſuper ſementa ⁊ fructus: ⁊ ideo inq̄t cum prefuerit aliquis eorum in angulo augebitur preciuʒ omniuʒ que ſignificabat. Qđ ſi fuerit cuʒ hoc curſu velox perueniet ad perfectionē augmentationis precÿ. Si vero tardus medium erit in ſuo precio.

¶ Uerbum.99.in iaculis ⁊ ſintillationibus ſtellarū.

¶ Alnaezic.i.iacule ⁊ habētes comas ſunt de ſecundarÿs ſtellarum ⁊ non ſunt de illis.

¶ Jam patefecimus in premiſſis q ſecundaria ſiderū ſunt res que contingunt a ſtellis in aere ⁊ vocāt eas arabes aſſuhuli:⁊ alnaeçic:⁊ ſunt iacula:eo q aſſimilantur illis in velocitate motus. Et certuʒ eſt q de ſecundarÿs ⁊ non de illis ſint.

¶ Uerbum.100.in mutatione aeris:ventorum: pluuiaruʒ: fluuioꝝ:⁊ eſſe cōditionis gentium.

¶ Alnaezic:ſignificat ſiccos vapores: cuʒ ergo fuerint in vna parte ſignificabunt ventos accidentes in eadē parte. Et ſi diuiſe fuerint in oēs partes ſignificabunt diminutiones aquaruʒ.ſ. ſiccitatē ⁊ turbationē aeris: ⁊ exercitus venientes ad illud clima:requirētes regnū illius climatis. Et ſunt contra id ſuper qđ cōuenerint.i.ſūt

contrarij legi in qua cõueniunt homines illius climatis. Comas vero habẽtes: ⁊ sunt ille iter quas ⁊ solem: sunt duodeciz signa cũ apparuerint habentes multos crines ⁊ fuerint ascendẽtes vel apparẽtes in angulo ex angulis regni vł regis: morietur rex eius: aut homo potẽs in eo Et si fuerint in succedenti angulo destruentur thesauri eius ⁊ mutabit cõsiliatores suos. Qđ si cadẽtes fuerit ab angulis. s. regni multiplicãtur carceres ⁊ infirmitates: eritqꝫ mors eorum quãmaxime subitanea. s. ꝫm maiorez partẽ. Et accidet hominibus illius climatis detrimentuz in consilijs. Si vero habuerint comã. s. dudauciaba insurget contra regem proditor vel hereticus. Cum igitur inueneris habentem vnam comam se mouentem: mouetur semp tm̃ ab occidente versus orientem: veniet ꝓditor de longe ad illud clima: Si vero fuerint immobiles: erit proditor ex aliqua ciuitate eiusdez climatis.

¶ Jam patefecit Aristoteles in libro de operibꝰ altis: ꝙ vapores aridi quotiens perueniũt ad etherem fiunt sub ethere: ⁊ sunt alnaeçic. Non ergo admirandũ si earũ apparitio significet desiccationes aquaruz. Quoniaz cõmemorauit Aristoteles in predicto libro de operibꝰ altis: ꝙ substãtia vẽti est vapor siccus: significabit cũ fuerint alnaeçic ĩ vna parte: fore ventos in illa parte. Cũqꝫ diuisa fuerint alnaeçic: in omni parte significabit diminutiones aquaruz: quia ariditas cuz multiplicatur in aere minuunt̃ aque. Reminiscor enim: quoniã in nocte. 290. anni arabum diffuse sunt asub multe. Occupaueruntqꝫ aerem totuz: ⁊ extincti sunt homines: durauitqꝫ plus quatuor horis: trãsacto nõ modico tempore eiusdez anni: imoderatam sitim passi sunt homines ⁊ peruenit nilus egypty ad. 13. cubitos. Et minuta ẽ ad incõmodum hominuz: quantitas. 4. cubitoꝝ: creuitqꝫ preciũ ãnone: ⁊ cõturbati sunt populi turbatione vehemẽti: ⁊ terminatuz est regnuz Ptolemei regis egypti. Similiter in anno. 300. arabũ: diffuse sũt in omni parte aeris: ⁊ minutus est iterũ nilus: ⁊ via aperta est super egyptuz ab occidente. i. a terra arabuz per heubaça: ⁊ post hunc per claraamẽ. Acciditqꝫ ĩpedimẽtũ magnũ repugnãtibus: ĩsurgẽtibꝰ cũ illis. s. egyptys. Ex habẽtibꝰ vero comaz: ascẽdit vna habens crines. s. duauebai: egypty passi sunt multum. Et fuit in angulo ex angulis cõiunctionis: in qua ĩceptuz ẽ regnuz filiorũ abeç. Obyt ergo abeç aneçir. Jn anno vero. 92. quedam ascẽdit habẽs comã: ⁊ durauit. 11. noctibus: mouebaturqꝫ omni nocte motu sensibili. Jntrauit igitur filiꝰ alchalig post hoc breui tempore: ⁊ prefuit egypto: ⁊ eius partibꝰ. Acciditqꝫ tũc in egyptuz quicqd dixit Ptholemeus. Hoc est ꝙ malui exponere ex libro. Et credo ꝙ idoneus sit suis rationibus: ⁊ ꝙ perfecta sit eius expositio. Dico tibi ⁊ hoc dignum esse vt cõmittas euz illi quez doceat: ⁊ remoueas eum ab illo cuius intentio est solũmodo vt euz habeat. Et qui putat eum scire cordetenus: si in archa sua positus fuerit: difficile est enim illi laborare vt addiscat euz. Quapropter remouendus est ab hoc libro: ⁊ ab huic simili. Maximus nãqꝫ error foret si traderetur illi. Et ego deuz precor vt te diligat: quoniam perfecta est huius libri translatio. 17. die mensis Marcy. 12. die mensis gumedi secundi: ãno arabum. 530.

¶ Liber Ptholemei quattuor tractatuũ: cuz Centiloquio eiusdez ⁊ cõmento Haly: feliciter finit.

Incipit liber Aphorismorum Centum Hermetis.



Ixit Hermes. Sol ⁊ luna post deuz: Omni uiuentiuz vita sunt. Multorum quidē natiuitates non habēt hyleg. Sed quia sol et luna ascendens eorūm ex pilectione aspiciunt: eodēz libero existente eorūz vita diuturnius elongatur. I.

Omnes natiuitates diurne confortanē per solem. Quando idez configuratur beniuolis. Nocturne vero p Lunā quando ipsa aspicitur a beniuolis: ⁊ si hoc nō fuerit: si tamē fuerint boni planete iu angulis: sic natiuitas est fortunata. 2.

Mars cuz fuerit dñs ascendens in .io. prebet nato dignitatē atqz potētiaz: qbus cū iniuria ⁊ crudelitate vteē: ⁊ hoc vere infortuniū diciē potius q̄ fortuna. 3.

Juppiter cōfiguratus maliuolis mutat eoꝝ maliciā i bonuz. Uenus nō pōt hoc facere nisi adiuueē a ioue. ⁊ ideo i augmētādo bonū ⁊ in phibendo malū iuppiter multo melior venere reputatur. 4.

Non potest facere astrologus commixtionem stellaruz significationum anteq̄ cognoscat amicitias ⁊ inimicitias earum. Amicitia quidē ⁊ inimicitia earum est triplex: vna quidē fm naturz: alia fm domos: ⁊ tertia fm aspectus. 5.

Opponitur venus merrcurio. Hic quidē sermones ⁊ disciplinas: illa vero voluptates ⁊ delectatiōes amplectitur. Similiter ⁊ iuppiter marti. Hic quidez vult misericordiā ⁊ iusticiā: ille vero impietatē ⁊ crudelitatem. 6.

Magnoꝝ principuz facias significatorez solez vel aliquem de superioribus. Scribaruz vero ⁊ rusticoꝝ iferiores planetas: ⁊ precipue lunam. 7.

Aspectus non potest diminuere significationē coniūctionis. Cōiunctio vero diminuit significationē aspectus. Nā coniunctio fortior est aspectu. 8.

Nō diffinias vel eligas aliquid existēte scorpione in ascēdente: nec cuz anguli sunt obliqui. Aut si mars sit in eis: falsus eni eueniet diffinitionis euentus: ⁊ precipue qr scorpio falsitatis est signum. 9.

Fert a .6. vl' a .iz. loco mala beniuolus cū ibi fuerit a maliuolus impeditus. io.

Rumores dicti luna existente in prima facie scorpionis mendaces sunt ⁊ compositi. ii.

Eueniunt quādoqz in questionibus astrologoꝝ iudicia non vera: vel pter erroꝛes instrumētoꝝ eoꝝ: vel pter interrogantis insipientiam: vel quādo sol est circa graduz medij celi: vel quando figure que rem concedunt vel denegāt sunt equales. iz.

Duz luna erit meridionalis descendens in scorpione vel piscibus non incipias fabricare. Cito eniz huiusmodi fabrica diruetur. i3.

Oportet mercuriuz per loca consona: ⁊ per configurationes aliaruz stellaruz in natiuitatibus esse fortem ad hoc q̄ natus habeat dignitatem. Mercurius enim per se planeta debilis est. i4.

In signis qdē duoꝝ coꝛpoꝝ victoria bona: deuictio autē mala: vtraqz siquidez duplicatur. i5.

Non diffinias aliquid anteq̄ scias intentionez querētis. Multi quidez interrogare nesciunt: nec possunt exprimere quod intendunt. i6.

Cum interrogatus fueris de patre aspice .4. de fratre .3. de filio .5. de vxore .7. Si vero interrogatus fueris p egro nullam aliam q̄ ascendens aspicias. i7.

Luna cum peruenerit ad beniuoloꝝ vel ad maliuolorum quadratos: ⁊ impedimentum ⁊ auxiliuz erit dubium ⁊ timendum est: ne forte maliuoli quidē impediant: ⁊ beniuoli adiuuare nequeant. i8.

In inceptione itinerum ⁊ redituum nō sit luna in ascendente: vel in .4. vel in .9. ⁊ si non fuerit impedita: In introitu vero ciuitatis nō sit in ascēdente vel .z. vl' .4. Similiter nec in introitu domus. i9.

Tribus modis presciunē accidētia hominū: vl' ex natiuitate propria: vel pmogeniti filij: vl' ex interrogatione cū affectu ⁊ sollicitudine cognita. zo.

Omnis iceptio facta cuz planete retrogrado si luna fuerit coniūcta cito destruitur: ⁊ ad peius esse deuenit cū fuerit impedita. zi.

Regum atqz principuz esse accipitur a saturno ⁊ sole ⁊ a planeta existēte in .io. Auxiliatoꝝ vero regis ab .i i. Et auxiliatoꝝ rusticorum a loco .z°. zz.

Exitus regis aut principis ad itinera penitus reprobaē: Cum cancer erit in ascendente. z3.

Gemini ⁊ Sagi obediunt capiti draconis ⁊ caude magis q̄ alia signa: ⁊ ideo grauioꝛa mala in eis faciunt q̄ in alijs signis. z4.

In natiuitatibus mulierum cum fuerit ascendens aliqua de domibus Ueneris Marte existente in eis: vel de domibus martis: venere existente in eis: erit mulier impudica. Idem erit si in ascendente Capricornum habuerit. z5.

Sol recipit planetarum virtutes quando in ascendente vel in domo medij celi iungitur cum eisdem: hoc in nocte luna facit: similiter cum eisdem locis iuncta fuerit cuz predictis. z6.

Juppiter soluit saturni maliciam: queādmodum venus martis. z7.

Cum fuerit interrogatio pro muliere simpliciter accipe significationem a Uenere. Determinate vero a septima. Et si pro inimico absolute quidē a duodecima. Determinate vero a septima. z8.

In exitu cuiuscunqz ad pugnaz sed specialiter regum sit ascendens aliqua domus superioꝛuz planetaruz vel solis: Et sit tā ipse q̄ dominus eius fortis: Dominus vero .7. debilis ⁊ impeditus a malis. z9.

Luna saturno vel ioui iūcta lumine ⁊ numero aucta ad omnia erit bona. Si vero minuta fuerit ad omnia erit mala. Totū 9riū intelligas in venere ⁊ marte. 30.

In mutuis ⁊ depositis caueas ne sit sub radijs iuppiter vel ipeditus a malis. Quod si sic fuerit: nec ab ipeditione recept° nulla vel modica restitutio sequeē. 3i.

Euntes ad cōfiguratione maloꝝ beniuole ex quacūqz figura diminuunt aliquid eorum malicie: ⁊ per bonas quidem figuras magis: per malas vero minus. Maliuole vero euntes ad configurationem bonarum ex quadrato quidem vel opposito diminuūt aliquid bonitatis earum: ex alijs vero aspectibus nihil. 3z.

Saturno quidē trāseunte ab vno signo in aliud fiunt in celo diacobontes quod arabes vocant assub: vel quedam alia signa de natura ignis. 33.

Temperantia aeris ex cōiunctione iouis ⁊ solis cōtingit maxime cum ipsa coniunctio fit in signis aereis. Ex coniūctione saturni ⁊ solis fit frigus. Et ex coniunctione solis et Martis in signo bicoꝛpoꝛeo ⁊ i tempore veris fit tenebrositas aeris: ⁊ infirmitates frequenter contingunt. 34.

Estiuo tempore cum Sol ingreditur terminum Martis fit estus: In hyemali siccitas ⁊ paucitas pluuiarum aderit. 35.

Facias in natiuitatibus ⁊ questionibus viroꝛum hyleg ⁊ alcocodem: ⁊ directiones eoꝛum ⁊ maxime in questionibus regum ⁊ magnatuz. Per ea enim sciuntur accidentia eorum siue bona fuerint siue mala. 36.

¶ Ascēdēs cū fuerit boni esse: dominus eius mali: sanitatē quidem corporis indicat: anxietatem vero ⁊ tristitiam animi Si vero fuerit ecōuerso diffinias ecōuerso. 37.

¶ Notabis semper configurationem stellarū: nō per signa: sed per radios. 38.

¶ Utere luna in curandis oculis cuz fuerit aucta lumine ⁊ libera a malorum aspectu. 39.

¶ Si pars fortune fuerit cū malo in q̃rto vel nono vel duodecimo. Remotis beniuolis mortē īdicat egrotanti. 40.

¶ Durabilia erunt bona vel mala cū fuerit significator stationarius ⁊ in angulo. Transmutabilia vero de facili cum fuerit idē retrogradus: ⁊ in cadentibus angulorum. 41.

¶ Eandez in īpediendo vim habet dñs.z. quā dñs.8. Similiter dñs.6. eandē quā dñs.iz. 42.

¶ Marte occidentali in cancro nō aspiciente saturnuz nec iouem: nec venerē: nec solem erit phlebotomator. Eodem vero modo marte existēte in capricorno erit corruptor hominuz ⁊ sanguinis effusionis amator. 43.

¶ Errare contingit peritū astrologum quando de significatore eius cui eligit est ignarus. 44.

¶ Saturnus per quadratum super venerez eleuatus facit natos impudicos: ⁊ in mulieribus impatiētes. Si vero venus super saturnum eleuata fuerit: faciet faciles ad mulieres ⁊ pronos. 45.

¶ Si fuerit in natiuitate alicuius mercurius in ascēdente orientalis ⁊ velox: tunc natus sit eloquens ⁊ in scientijs liberalibus doctus. Idem erit etiam si fuerit in sagittario in proprijs terminis tali modo. 46.

¶ Angulorum primus est horoscopus. Secundus mediuz celi. Tertius occidens: ⁊ quartus angulus terre. Reliquoruz vero locoruz primus est.ii. deinde.z. post.5. deinde.9. post.3. postq̃.8. Sextus vero ⁊.iz. sunt pessimi. 47.

¶ Nisi beniuolus planeta prohibeat quodcūq̃ dat mars reuocat. 48.

¶ Ad p̄sonas q̄bus supplicabis adaptabis planetas. 49.

¶ Horoscopus vel planeta dum inuenitur in trigesimo gradu signi: significatio eius est in signo sequēti. Si vero in vigesimonono erit in ipso signo. virtus enim planete in trib⁹ consideratur gradibus: scilicet in quo est: ⁊ in precedēti ac succedenti. 50.

¶ Oportet futura considerare a coniunctionibus planetarum: presens vero vel preteritum a separationibus eorundem. 51.

¶ Si iuppiter fuerit in cancro remotus ab ascendente: nec īpeditus ab aliquo: erit quidez natus rationabilis ⁊ in sciētia valde peritus: diliget tamen solitariā vitam: nec habebit laudem de scientia sua. 5z.

¶ Fiunt in mundo multa icōmoda quādo erit in vno mense vtriusq̃ luminaris eclipsis: ⁊ p̄cipue in his locis in quib⁹ est significatio eorum specialis. 53.

¶ Luna tempore iceptionis itineris cū fuerit in via cōbusta egrotabit peregrinus in peregrinatiōe sua: vel aliquas graues molestias patietur. 54.

¶ Oportet in erraticarum directionibus: ⁊ non erraticarū tempus considerare. 55.

¶ Res paterna transit in filium duz saturnus fuerit fortunatus: ⁊ ex dilectione aspexerit dominū ascendētis magis ac amplius si fuerit dñs.4. loci. 56.

¶ Existentibus beniuolis in signis in quibus nō habent dignitatez transfundetur horum benignitas. 57.

¶ Si mors fuerit almutaç in natiuitate: ⁊ nō fuerit iunct⁹ beniuolis significat q̄ natus incendiū patietur. 58.

¶ Donat felicitatē immēsam planeta beniuolus cū fuerit in propria domo receptus: Maliuolus vero abstinet se a malicia multa duz fuerit taliter receptus. 59.

¶ Eger erit natus ⁊ debilis cum Mars super Saturnum fuerit eleuatus. Si vero super Martem saturnus: erit fortis ⁊ pinguis. 60.

¶ Si pars cōiugij viri ceciderit in signis obediētibus: mulier autem in iperantibus: mulier quidem imperabit viro: vir autem obediet mulieri: si autem econuerso erit diffinias econuerso. 61.

¶ Ex dilectione si fuerint domini triplicitatis cōiunctionalis luminis coniuncti adinuicem: primus secundo: ⁊ secundus tertio permansibilem prosperitatem ⁊ tristitiarum liberationem significant. 6z.

¶ Cum Mercurius erit in piscibus in gradibus puteosis facit natos insipientes vel mutos. Iuppiter vero in domibus Martis ⁊ in gradibus putei facit sordidos ⁊ egenos ⁊ a personis militantibus lesos. In domibus autē saturni: et specialiter in capricorno ⁊ in gradibus putei facit rigidos ⁊ omnibus odiosos. 63.

¶ Recipit naturā martis mercurius in domibus illius existens: ⁊ si fuerit cōfiguratus eidem cadenti ab angulo erit natus amator venationis: diliget ludere in taxillis. Si vero cadēs nō fuerit erit bellicosus ⁊ miles. 64.

¶ Existentibus planetis sub radijs cum infra.iz. gradus soli proximi fuerint infortunantur: nisi fuerint in eodem gradu cum eo. Cum vero.iz. gradus transierint existētes oriētales sunt fortes. 65.

¶ Terribilia mala operatur caput: cuz malis auget enī eorum maliciaz. Multa vero bona cuz bonis: per ipsuz eniz augetur eorum benignitas. Cauda vero sicut in situ: sic ⁊ significationibus obijcitur capiti. 66.

¶ In loco.6. natiuitatis sue si aliq̄s habet mercuriū cōuertetur a fide sua in aliā. Et qui partē felicitatis habuerit īpeditaz: hic non erit firmus in fide sua. 67.

¶ Signuz primū in significationibus habet dominiū quādo per duo signa significatio rei fiet. 68.

¶ A Luna initium omnis rei accipitur: omnis finis vero a domino domus sue. 69.

¶ Si iuppiter in reuolutione annorū mūdi fuerit in p̄pria domo vel exaltatione oriētalis in angulo: ⁊ expedit⁹ a malis penuriā annone significat. 70.

¶ Timetur in egrotantibus cū luna ⁊ dominus ascendētis fuerint ab.8. loci domino impediti. 71.

¶ Rixam contētionem aut litem nullo modo incipias cuz luna fuerit mali esse. Nam si tali modo contigerit eris proculdubio superatus. 7z.

¶ Omnis rebellis īcipiens rebellare in principio anni obtinebit sine difficultate dominium. 73.

¶ Luna existente in signis ruminantibus: vel cōiuncta planete retrogrado non est bonum purgationibus vti. Hec.n. vomitum inferunt: vel alias lesiones. 74.

¶ Orientales planete bona exhibētes vel mala: cito dant: occidentales vero tarde. 75.

¶ Gradus cōiūctiōis luminariū ē media mora eclipsis. 76.

¶ In reuolutione annorū mundi multe difficultates erūt ⁊ prelia: cū in exaltationibus suis fuerint Iuppiter ⁊ saturnus. 77.

¶ Esto suspiciosus atq̃ sollicitus quando beniuolus est cū maliuolo: nec valde cōfidas q̄ mali⁹ malicia penitus auertatur. 78.

¶ Duodecim signa ab ascendente dependent: ⁊ ascendens quidem significat esse corporis: dominus vero eius eē animę. Studeas igitur omni modo: vt non sint ascendens et eius dominus impediti. 79.

¶ In signis fixis planete duz fuerint rem durabilez significant. In bicorporeis vero dubiaz: in mobilibus conuertibilem vel ad bonuz vel ad maluz. 80.

¶ Utere in rebus clamdestinis luna sub radijs non eunte: sed exeunte. 81.

¶ Incidere vel induere nouas vestes Luna existente in si gno fixo: et specialiter in leone: horribile et periculosum est: etiam cum fuerit in coniunctione vel oppositione solis: aut a malis impedita. 82.

¶ Habet in interrogationibus luna magnam potentiam nisi fuerit ascendens leo: aut sagittarius vel aquarius. Deinde quidam eorum auferunt significationem ipsius: Et precipue cum fuerit in leone vel aquario. 83.

¶ Est adhuc Saturnus sub radiis: dum infra eundem et so le .15. gradib⁹ existit distantia. Idē intellige et de ioue. 84.

¶ Reprobatur in matrimoniis penitus luna in cancro siue in virgine: preterquam in matrimoniis viduarum. 85.

¶ Maliuolus cum erit orientalis in domo propria vel exaltatione melior est retrogrado et impedito beniuolo. 86.

¶ Erit ipedimētum circa illam partem corporis quam signi ficat signū quod fuerit natiuitatis tēpore impeditum. 87.

¶ Tunc fiunt prosperitates immense quando domini tri plicitatis luminaris cuius fuerit auctoritas sūt in angulis vel succedentibus angulorum in locis propriis et abaspectu maliuolorum remoti. Et si dominus ascendentis fuerit bo ni esse: magis et amplius erit bonum. 88.

¶ Idem faciunt planete per trinum: quod faciunt per sexti lem: minus tamē in bonis vel malis infert sextilis aspect⁹ quam trinus. 89.

¶ Saturnus infert mala cū tarditate. Mars vero subito: et ideo Mars reputatur Saturno deterior in nocēdo 90.

¶ Tunc dicitur magna coniūctio quando tres superiores planete in vno de signis regiis coniunguntur: et tunc regna potentissima faciunt quando aspiciuntur a sole. 91.

¶ Reuelatur statim verbum ocultum quod queritur: qñ Luna et planeta cui applicat sunt in signis vocem habenti bus: et in .5. vel .3. vel in oppositionibus eorum. 92.

¶ Auget in .8. loco maliuolus suam maliciam: beniuol⁹ ve ro ibidem: nec exhibet neque mala. 93.

¶ Nunquam perficietur bonum vel malum nisi quando pla nete beniuoli vel maliuoli in natiuitate vel in reuolutiōe lunam aspexerint per quadratum. 94.

¶ Si Mercurius in .6. fuerit impeditus: natus in carcere morietur. Si saturnus in .12. includetur: et Uenus in .8. pre cipitium patietur. 95.

¶ Timendum est in principio egritudinis: cum sol in die: ac Luna in nocte fuerint impediti. 96.

¶ Uariātur semper significationes stellarum quando in cō figurationibus earum adinuicem ipsarum latitudines va riantur. 97.

¶ Luna in .4. vel in .7. vel .9. vel .12. indicat causam illam iam interrogatam fuisse. Idem indicat si separata fuerit a Mercurio. Si vero fuerit ascendens signum bicorporeum et luna similiter in signo bicorporeo iterum ipsa causa que retur. 98.

¶ In propria domo vel exaltatione: si fuerit maliuolus: li cet cum tarditate tamen exhibet bonum finem. Si vero idem in ascendente fuerit impeditus quamuis in domo p pria: vel exaltatione infert tamen impedimentum: et malū finem. 99.

¶ Terminatur finis euentuū omnis inceptionis omniumque dubitabilium ipsius per hos significatores: videlicet per .4. locum: et dominum eius. Per planetam: si forte fuerit in eodem. Item per luminare cuius erit auctoritas: et do minum eius. Et per planetam cui luminare ipsum coniun gitur et dominum eius. 100.

¶ His et aliis que tibi tradidi Clarissime vtere: et cum sobri etate vtendo: nunquam errabis. Cum dei auxilio. Amen

¶ Explicit Liber Aphorismorum centum Hermetis.

¶ Quāuis ego viderim magnā ptē harū stellarū aliter se ha bere i tabulis alphōsi regis quam scripte sint i hoc libello tā quo ad latitudies quam quo ad loca earū: nolui tñ aliter et ego illas scribere quam i exēplarib⁹ concorditer iuenerim ne psūptuose mu tasse imputarer dicta summi hermetis cui libellus iste tali inscriptione ascribitur.

¶ Incipit liber hermetis capitis omniū phorum de iudiciis et significatiōe stellarū beibeniarū in natiuitatibus.



Dixit hermes ego dicā vobis de reb⁹ fortūe Uñ hēbitis leticiā et magnū pficuum ex eis: et hoc ē de reb⁹ secretis qs de⁹ posuit et cōpo suit i stellis q dicunt beibenie. et dedit regi men eis sup nos: ita q cū sint in eodē gradu i ascēdēte vl' i .10. vl' i .7. vl' cū sole i eodē gra du: vl' cū lūa: lz pl's fuerit isortunati i natita te aut cadētes vl' male dispositi: erit aliq stella ex supra di ctis in sūpdictis locis significat altitudinem nati si de⁹ volu erit / Nā lz pl'e sint male disposīti i natitate dū mō ipe stelle sint in supradictis quinque locis nō nocebit: significat eni q p ueniet ad illā dignitatē quā nō credebat aliqs: nec i corde alicui⁹ ascēdebat. Et si iueneris eas cū aliis stellis i locis iā pdictis: et maxie si fuerit ille stelle meridionales vel septē trionales sicut beibenia. Et maxime si fuerint in gradibus lucidis sunt maioris fortitudinis. Ergo dicit hermes prin ceps sapientū q nat⁹ erit diis et eleuatus et placebit oib⁹ ei⁹ eleuatio: psertim si illa stella beibenia in domo fortune: vl' in termio fortune fortis fuerit. Et ego explanabo vobis qd sonāt beibenie et earū iudiciū et fortitudinē in locis suis si gnis et gradibus: et suis cōplexionib⁹ cū stellis si de⁹ volue rit: pp qd sciēdū q mlte sūt stelle beibenie qrū noia loca et cōplexiōes in sequētib⁹ declarabūt.

¶ Ueneris et mercurii.

¶ Respice ergo stellā q dicit albaiselh: et est i libra in .6. mi nuto meridiōalis: estq de nā veneris et mercurii: et ē exalta tionis pme: siue magnitudinis pme. Et aspice illā que dicit bzineti .i. vultur cadēs: et ē in sagittario .24. gradu eiusdem meridionalis: et ē exaltatiōis scōe de nā veneris et martis. Et aspice illā que dicit sedulli .i. cauda galine: et est in aqua rio in duodecimo gradu eius et .15. mi. latitudinis meridio nalis: et est exaltationis prime de natura veneris et martis. Cū g inueneris vnam de istis tribus beibeniis in aliquo de istis quinque locis: scilicet gradu ascēdēte: vel .10. natus erit formosus: et notatus: et diues: et magne sciētie eleuatus phi losophus: versificator: misericordia plen⁹ cui placet cātus: habebit multos seruientes: amator sapietū: pacificus: ala cer: velocis reuersionis: itromittēs se in oibus bonis nego tiis: boni magisterii: et subtilis in eo in oi tempore bene for tunat⁹: verax homo. et qui ex igenio suo facit omnia: nec lo quitur: nec facit aliquid nisi ingenio et scientia: amat qd be ne loquatur de eo: homo gratuis in suis actibus: dilecti elo quii: benefactor omnium: amator mulierum: et hoc quando saturnus fuerit supra terram orientalis et aspexerit venere. Et si inueneris vnā de istis tribus beibeniis in ascēdente in natiuitate: ille natus acquiret sapientiam et leges et decre ta: nisi fuerit saturnus in ascendente: quia damnabit illud. Et quando fuerit saturnus cum aliqua ex illis non in ascē dente appetet natus epulari gaudere: et potare: et esse cū mu liere. Et si est saturnus in ascendente cum sole et venus in quarta domo vel fuerit cum venere saturnus: vel cum ali qua ex istis tribus beibeniis in domo decima erit natus in fortunatus et cōtrarius supradictis oibus. erit. n. homo fri gidus: vl' homo nō habēs potestatē coeundi: vl' omnes nati eius erunt femine. Nam ille beibenie vertent ad malum quando erit cum eis saturnus et venus in angulis: et si aspe xerit beinenie saturnū a domo septia et venerē erit nat⁹ sa piēs i phica: et q poterit scir secreta et itētōs librorum hōs scit.

Et si iupiter aspexerit aliquẽ ex his tribꝰ beibenys addet natus in sui fortuna ⁊ sui altitudine ⁊ sublimitate eius. Qñ si ineneris mercuriũ cũ aliqua ex istis beibenys in ascẽdẽte aut in decimo natꝰ erit pphã: ⁊ magnus in oculis hoĩuz: ⁊ erit phus ⁊ inuẽtor sciarũ: ⁊ sciet bñ oẽs res: ⁊ maxime illa que nascũtur in climate bibilonensi: ⁊ si natiuitas fuerit in nocte: ⁊ qñ videbis mercuriũ sic ⁊ mars ĩ sexto suo a dextro ascẽdẽtis fuerit: erit natus adorator ydoloꝝ ⁊ famosus pro eis: ⁊ loquetur verba prophete: ⁊ faciet mirabilia: ⁊ deus sapientior est in eo.

Jouis ⁊ mercury.

Sũt alie beibenie que dicunt̃ cirnecir meridionales ĩ decimognto gradu libre.zo.minuto exaltatiõis scđe de nã iouis ⁊ mercucy. Et alia beibenia q̃ dr̃ bumerꝰ equi in.z9.gradu pisciũ latitudĩs septẽtriõal' exaltatiõis scđe de nã iouis ⁊ mercury. Et alia que dicit̃ bertbas ĩ.z7.gradu.5.minuto libre exaltationis scđe de nã iouis ⁊ mercury. Si ergo iueneris aliquã de istis tribus beibenys in p̃ma vel decima: ⁊ maxime illã que dicit̃ cirnecir que est in libra. nã illa ẽ fortior alys duabꝰ: lꝫ eadẽ sit triũ nã: ille qui nascit̃ cuz ea erit magnus in sui aparẽtia fortunatus rex amator altaris dei versificator: malefactor: cito in lõgings terris nominabit̃: amator hoĩuz sui regni. Et qñ alie due beibenie erũt in primo vl' decimo: natꝰ erit amator sciẽtie: ⁊ verboꝝ liberalis: sapiẽs in versibꝰ: ⁊ famosus in suo seruitio: phisicus ⁊ rethoricus: amator dei: ⁊ gratiarũ susceptarũ retributor: fortunatus in auro ⁊ argẽto ⁊ filiibus: ⁊ erit liberalis in oĩbus suis actibus ⁊ suis negotys: siue recipiat siue det: ⁊ maxime cuz sapiẽtibus ⁊ formosis: ⁊ deus est sapientior in eo.

Jouis ⁊ martis.

Sũt alie beibenie ⁊ est vna in leone in.6.gradu.io.minuto meridionalis exaltatiõis p̃me de nã martis ⁊ iouis: ⁊ est alia in scorpione in gradu.i6.minuto.zo.septẽtriõalis exaltatiõis p̃me de nã martis ⁊ iouis. Et ẽ alia in geminis ĩ gradu.zi. minuto.zo. exaltationis p̃me de nã iouis ⁊ martis. Et est alia in geminis in gradu.6.minuto.zo.meridionalis exaltationis scđe de nã martis ⁊ iouis. Et est alia in cap̃corno que dicit̃ vultur volans in gradu.9.minuto.30.meridionalis exaltationis p̃me de nã iouis ⁊ martis. Et si inueneris aliquã ex istis gnqꝫ beibenys in ascẽdente: vl' decimo in natiuitate alicuiꝰ magister erit milituz.i.dux militie: ⁊ erit magnus in suis actibꝰ: noĩatus in lõginquis terris: accipiẽs terras: ⁊ ciuitates ⁊ arreos donec fuerint in sua potestate: ⁊ ei obedierint: distribuẽs ea ꝑut vult: ⁊ oẽs obediũt illi: ⁊ faciet hoĩes lucrari: liberalis: laudatꝰ ab oĩbꝰ: fortis ĩ regno: sapiẽs in suis negotys: amator hoĩuz: ⁊ cõfidit in oĩbus: nõ diligit litigiosos: ⁊ succedit ei in oĩbꝰ bñ que volet: sensatꝰ: diues multe pecunie. amat qđ laudat̃: ⁊ amat qđ bene loq̃tur de eo: ⁊ moriet̃ bona morte: ⁊ erit famosus: ⁊ deus est sapientior in illo.

Jouis ⁊ saturni.

Sunt similiter alie beibenie: ⁊ est in gradu.zo.mi.5o.tauri septẽtriõalis exaltatiõis p̃me de nã iouis ⁊ saturni. Alia in gradu.zo.mi.4o.geminoꝝ septẽtrionalis exaltatiõis secũde de nã iouis ⁊ saturni. Alia in gradu.3.mi.5o.tauri meridionalis exaltationis scđe de nã iouis ⁊ saturni. Alia ĩ gradu.zo.mi.4o.sagittary septẽtrionalis exaltatiõis secũde de nã iouis ⁊ saturni. Alia in gradu.z8.mi.4o.tauri: ⁊ ẽ alchibra meridiõalis exaltatiõis p̃me de nã ionis ⁊ saturni. Si ergo inueneris aliquã de istis gnqꝫ beibenys in ascẽdẽte: vl'.io.in natiuitate alicuius natꝰ erit diues ⁊ multe pecunie: ⁊ erit pecunia sua in ml'tis locis: amator getis ⁊ letitie: ⁊ amat qđ bñ loquat̃ de eo. Et si luna aspexerit aliquã ex illis ⁊ fuerit luna in ascẽdẽte: vl'.io. erit pietate plenus: ⁊ ornamẽto simplex: ⁊ fortunatus: patiẽs iniuriarũ: sapiẽs in oĩbus: amat hoĩes ⁊ amat̃ ab eis. Et dixit hermes ꝙ illa que est in sagitario lꝫ habeat omnia ista in se tamẽ natus amat aues ⁊ bestias: ⁊ erit bonꝰ equitator: ⁊ habẽbit domuz in q̃ hẽbit aglas ⁊ aues ml'tas: ⁊ deus est sapiẽtior in illo.

Martis ⁊ solis.

Est alia beibenia in gradu.zo.cancri meridionalis exaltatiõis p̃me de nã martis ⁊ solis. Et qñ erit hec in natiuitate alicuius: ⁊ maxime nocturna ĩ ascẽdẽte vl'. io. erit natus bellicosus: ⁊ erit caput ⁊ p̃nceps p̃ncipũ ac ĩterfector viroꝝ ⁊ ĩ ml'tis erit bell' ac ĩterfectiõibꝰ: ⁊ ñ amat qđ sit sub aliq: iracundus erit ⁊ homo magni cordis. Et si natiuitas fuerit diurna erit natꝰ sine pietate: ⁊ erit ɔ̃trius religiosis: ⁊ raptor oĩuz q̃ poterit: ⁊ distributor sui: sꝫ male sensatus: erit iratus: verbosus: rethoricus: amicus regũ: moriet̃ pulcra morte: ⁊ ds̃ est sapiẽtior in illo.

Martis ⁊ mercury.

Sunt alie beibenie ⁊ est vna in gradu.zo.mi.4o.cancri septẽtrionalis exaltationis scđe de natura martis ⁊ mercury. Alia in gradu.4.mi.z4.cancri septẽtrionolis exaltationis p̃me de nã martis ⁊ mercury. Alia in piscibus in gradu iz.mi.3o.meridiõalis exaltatiõis scđe de nã martis ⁊ mercury. Alia in geminis ĩ gradu.5.mi.4o.⁊ est manus geminoruz exaltatiõis scđe septẽtriõalis de nã martis ⁊ mercury. Alia in virgine in gradu.zo.mi.7.exaltatiõis tertie meridionalis de nã martis ⁊ mercury. Alia in gradu.4.sagittary de nã ꝓdicta. Alia in piscibꝰ in gradu.5.mi.5o.septẽtrional' exaltationis tertie de nã martis ⁊ mercury. Si ergo inueneris aliquã ex istis beibenys in ascẽdẽte: vl'.io.in natiuitate alicuius: maxime si fuerit natiuitas nocturna natus erit magister militũ ⁊ ponet se in negotio dei: altus moribꝰ: sensus multi: sapiẽs in oĩbus: ⁊ amat sapiẽtiã: ẽ famosus in ml'tis terris: amator pecunie: ⁊ habebit pecuniã multã: diligit cõtra naturã pueros ⁊ puellas. Sed cuiꝰ natiuitas erit cuz aliqua ex istis de die erit audax in oĩbus negotys: pauce pietatis: mẽdax: irosus: nõ diligit aliquẽ: deceptor: nõ est ml'tuz subdolus: loquitur de eo oĩs maluz: occisor' erit falsus ĩ suo testimonio: fictor: nã aliud loquit̃ in ore q̃ꝫ hꝫ ĩ corde: ⁊ deus ẽ sapiẽtior in illo.

Jouis ⁊ veneris.

Sũt alie beibenie de nã iouis ⁊ veneris. Et est vna earũ in.9.gradu ⁊.5.mi.aquary latitudinis septẽtrionalis de natura iouis ⁊ veneris ac tertie magnitudĩs. Alia ẽ in.4.minuto libre latitudĩs septẽtrionalis de nã iouis ⁊ veneris ⁊ magnitudĩs scđe: cũ ergo inueneris aliquã ex istis ĩ ascẽdẽte: vl' in.io.ĩ natiuitate alicuius erit natꝰ formosus: cõgregator pecunie: ⁊ verecundãtur hoĩes de eo: amator dei: amat ludos: ⁊ est sensatus: clara facie: semꝑ liberalis: pietate plenus: amat mulieres: ⁊ habebit de vxoribꝰ multã pecuniaꝫ: sublimis erit: verax fortunatꝰ: humide cõplexiõis ⁊ maxiẽ si aspexerit eã luna: ⁊ deus est sapientior in illo.

Ueneris ⁊ saturni.

